quam locum magnum quem ꝑ nobis et toto regno nostro, non absque laboribȝ grauibȝ et expensis onerosis, tenuit et tenet in presenti gerimus et habemus. Volentes premissorum consideratione prefato Comiti Lancastrie ampliorem gratiam facere in hac parte, de gratia nostra speciali concessimus et hec carta nostra confirmauimus ꝑ nobis et heredibȝ nostris prefato Comiti Lancastrie, quod ipse et heredes sui de corpore suo legitime procreati et omnes homines sui imꝑpetuum sint quieti de pannagio, passagio, paagio, lastagio, stallagio, tallagio, cariagio, pesagio, picagio et teragio ꝑ totum regnum et potestatem nostram. Et quod idem Comes et heredes sui predicti imꝑpetuum habeant returna omnium breuium nostrorum et heredum nostrorum et summonitionem de scaccario nostro et heredum nostrorum et attachiamenta tam de placitis corone quam de alijs quibȝcunq. in omnibȝ terris et feodis suis. Ita quod nullus vicecomes vel alius balliuus seu minister noster vel heredum nostrorum terras seu feoda illa ingrediatur ad executiones eorundem brevium et summonitorum seu attachiamentorum de placitis corone vel alijs predictis, aut aliquod aliud officium ibidem faciend. nisi in defaltu ipsius Comitis Lancastrie et heredum suorum predictorum ac balliuorum et ministrorum suorum in terris et feodis suis predictis. Et etiam quod habeant catalla omnium hominum et tenentium suorum, felonium et fugitiuorum. Ita quod siquis hominum vel tenentium suorum pro delicto suo vitam vel membram debeat amittere, et fugerit et iudicio stare noluerit, vel aliud quodcunque delictum fecerit, pro quo catalla sua debeat perdere, ubicunque iustitia de eo fieri debeat, siue in curia nostra vel heredum nostrorum, siue in alia curia, ipsa catalla sint ipsius Comitis Lancastrie et heredum suorum predictorum. Et quod liceat eis, seu ministris suis sine impedimento nostri vel heredum nostrorum, vicecomitum, vel aliorum balliuorum, aut ministrorum nostrorum quorumcunque ponere se in seisinam de catallis predictis et ea ad usum ipsius Comitis Lancastre et heredum suorum retinere. Ac etiam quod habeant imꝑpetuum omnes fines pro trans-

gressis et alijs delictis quibʒcunq. et fines pro licentia concordandi, ac omnia amerciamenta, redemptiones, et exitus forisfacture ac forisfacturas, annum et diem, et vastum, et strepamentum et omnia que ad nos et heredes nostros pertinere poterunt de hijs anno die et vasto et murdris, et de omnibʒ hominibʒ et tenentibʒ suis, de terris et feodis suis quibʒcunq. in quibʒcunq. curijs nostris et heredum nostrorum homines et tenentes illos tam coram nobis et heredibʒ nostris et in cancellaria nostra et heredum nostrorum, ac coram thesaurio et baronibʒ nostris et heredum nostrorum de scaccario, et coram justiciarijs nostris et heredum nostrorum de Banco, et coram senescallo, et marescallo, seu clerico marescalli, hospitij nostri et heredum nostrorum, qui ꝑ tempore fuerint et alijs curijs nostris et heredum nostrorum, quam coram justiciarijs itinerantibʒ ad communia placita et placita foreste, et quibʒcunq. alijs justiciarijs et ministris nostris et heredum nostrorum tam in presentia nostra quam in absentia nostra et heredum nostrorum, fines facere vel amerciari, exitus forisfacere, annum diem et vastum seu forisfacturas, et murdra adiudicari contigit, que fines amerciamenta redemptiones exitus annum diem et vastum siue strepamentum, forisfacturas murdra ad nos vel ad heredes nostros possent pertinere, si prefato Comiti Lancastrie et heredibʒ suis predictis concessa non fuissent. Ita quod idem Comes Lancastrie et heredes sui predicti per se vel per balliuos et ministros suos amerciamenta redemptiones exitus forisfacture horum hominum et tenentium suorum predictorum, et etiam omnia que ad nos et heredes nostros pertinere poterunt de anno die vasto siue strepamento et murdris predictis leuare percipere et habere possint sine occasione vel impedimento nostri vel heredum nostrorum, justiciariorum, escaetorum, vicecomitum, coronatorum, aut aliorum balliuorum seu ministrorum nostrorum quorumcunq. Quare volumus et firmiter percipimus quod prefatus Comes Lancastrie et heredes sui predicti imꝑpetuum habeant omnes libertates et quietantias predictas, sicut predictum est, et eis et earum qualibet de cetero plene gaudeant et utantur. Hijs testibʒ,

venerabilibȝ patribȝ Johanne Cantuarensis archiepiscopo totius Anglie primate, R. Dunelm, et R. London episcopis, W. de Bohoun comiti Northampton, T. comite Warr, Ricardo comite Arundell, Henr. de Percy, Hug. le Despenser, Roberto Paruyng cancellario nostro, Radulpho de Stafford senesc. hospitij nostri, et alijs. Dat. per manum nostram apud Westm. vj. die Maij anno regni Anglie sexto decimo, regni vero nostri ffrancie tertio.

*Copia carte Henrici regis Anglie filii regis Johannis, quam fecit Edmundo filio suo et heredibus suis de corpore suo legitime procreatis de honore, comitatu, et villa Lancastrie, de manerio, castro, et foresta de Pikeryng, et de aliis terris in eadem carta contentis.**

HENRICUS Dei gratia rex Anglie, dñus Hibernie et dux Aquitaine, Archiepiscopis, episcopis, abbatibȝ, prioribȝ, comitibȝ, baronibȝ, justiciarijs, vicecomitibȝ prepositis, ministris, et omnibȝ balliuis et fidelibȝ suis salutem. Sciatis nos dedisse concessisse, et hac presenti carta nostra confirmasse Edmundo filio nostro carissimo honorem, comitatum, et villam de Lancastria, et omnia dñica nostra que sunt in comitatu Lancastrie, cum vaccarijs et forestis de Wyresdal, et Lonesdale, et nouum castrum subtus Limam, et manerium, castrum, et forestam de Pikeryng, et manerium de Scalleby, et villam nostram de Gouncester, et redditum nostrum villate de Huntyngdon, cum omnibȝ ꝑtinentijs suis. Habend. et tenend. eidem Edmundo et heredibȝ suis de corpore suo legitime ꝑcreatis de nobis et heredibȝ nostris cum feodis militum, aduocationibȝ ecclesiarum, chaceis, libertatibȝ, consuetudinibȝ, et omnibȝ alijs ad honorem comitatum, castra, villas, dñica, vaccarias, forestas, et redditum

* This grant was made to Edmund, surnamed Crouchback, the second son of Henry III. See ante, p. 364.

predictum ptinentibȝ. ffaciendo nobis et heredibȝ nostris seruicia inde debita et consueta. Ita quod predictum Edmundum vel heredes suos predictos inde non disseisiemus, nec disseisiri pmittemus, donec sibi excambium rationabile fecerimus in alijs terris nostris ad valentiam honoris, comitatus, castrorum, villarum, dñicorum, vaccariarum, forestarum, et redditus predictorum. Ita et quod si prefatus Edmundus sine heredibȝ de corpore suo legitime procreatis decesserit, honor, comitatus, castra, ville, dñica, vaccarie, foreste, et redditus predicti ad nos vel ad heredes nostros integre reuertantur. Quare volumus et firmiter percipimus quod prefatus Edmundus et heredes sui de corpore suo legitime procreati habeant et teneant de nobis et heredibȝ nostris honorem, comitatum, castra, villas, dñica, vaccarias, forestas et redditum predictos, cum feodis militum, aduocationibȝ ecclesiarum, chaceis, libertatibȝ, consuetudinibȝ et omnibȝ aliis ad honorem, comitatum, castra, villas, dñica, vaccarias, forestas, et redditum predictos ptinentibȝ. Ita quod prefatum Edmundum vel heredes suos predictos non disseisiemus, nec disseisiri permittemus donec sibi excambium rationabile fecerimus in alijs terris nostris ad valentiam honoris, comitatus, castrorum, villarum, dñicarum, vaccariarum, forestarum, et redditus predictorum. Ita etiam quod si prefatus Edmundus sine heredibȝ de corpore suo legitime procreatis decesserit, honor, comitatus, castra, ville, dñica, vaccarie, foreste et redditus predicti ad nos vel heredes nostros integre reuertantur, sicut predictum est. Hijs testibȝ, Joh. de Warena, comite Surrey, Humfrido de Boun, comite Hereford et Essex, Philippo Basset, et alijs. Data per manum nostram apud sanctum Paulum xxx° die Junij anno regni nostri quinquagesimo primo.

*Carta libertatis Henrici filij Johannis regis Anglie concessa tenentibus liberis honoris Lancastrie.*

HENRICUS Dei gratia rex Anglie, dñus Hibernie, dux Normannie et Aquitainie et comes Audegaine, archiepiscopis, episcopis, abbatibʒ, prioribʒ, comitibʒ, baronibʒ, justiciarijs foreste, vicecomitibʒ, prepositis, ministris, et omnibʒ balliuis et fidelibʒ suis salutem. Inspeximus cartam dñi Johannis regis patris nostri quam fieri fecit omnibʒ militibʒ et omnibʒ thengis et omnibʒ liberis tenentibʒ qui manent in foresta de Honore de Lancastr. in hec verba. Johannes dei gratia rex Anglie, dñus Hibernie, dux Normannie et Aquitanie, et comes Audeganie, archiepiscopis, abbatibʒ, prioribʒ, comitibʒ, baronibʒ, justiciarijs, vicecomitibʒ, senescallis, prepositis, et omnibʒ balliuis et fidelibʒ suis salutem. Sciatis nos concessisse et hac carta nostra confirmasse omnibʒ militibʒ et omnibʒ thengis et omnibʒ libere tenentibʒ qui manent in foresta nostra de Honore Lancastrie, quod possint nemora sua propria assartare, vendere, et dare, et in eis herbergiare, ꝑ voluntate sua sicut in feodo suo, et de eis voluntatem suam facere absq. omni calumpnia heredis nostri vel heredum nostrorum vel balliuorum nostrorum. Concessimus etiam eisdem quietantiam rewardi de foresta. Preterea concessimus eisdem canes suos et venationem leporis et vulpis et omnium aliarum bestiarum, preterquam cerui et cerue et porci siluestris et laie et capreoli per totam predictam forestam nostram. Quare volumus et firmiter pcipimus, quod omnes dicti milites et thengi et libere tenentes et heredes sui post omnes libertates predictas habeant de nobis et heredibʒ nostris bene et in pace. Et prohibemus ne quis balliuorum nostrorum vel aliquis eos inde disturbent. Sicut eis concessimus et rationabili carta nostra confirmauimus dum comes de Mortona essemus. Testibʒ, G. de Ebor. &c. Nos igitur concessionem et confirmationem predicti dñi Johannis patris nostri

gratam et ratam habentes p nobis et heredibȝ nostris imppetuum eam concedimus et p cartam nostram confirmamus, sicut predicta carta predicti Johannis regis patris nostri, quam dicti milites et thengi et libere tenentes inde habent rationabiliter testatur. Hijs testibȝ, Huberto de Burgo, comite Cantie et alijs.

*Perambulatio de foresta comitatus Lancastrie in eodem comitatu.*

HIJ sunt duodecim milites comitatus Lancastrie, qui fecerunt perambulationem* de foresta p preceptum dñi regis, scilicet, Willmus Blundel, Thomas de Bethom, Adam de Bury, Willmus de Tatham, Ad. de Coupenwra, Adam de Molyneaux, Gilbertus de Kellet, Paulinus de Gayrstang, Patricius de Berewyk, Henr. de Lee, Grimbaldus de Ellale, et Thom. de Burnehull, qui dicunt quod totus comitatus Lancastrie debet deafforestari secundum Quernemore. tenorem carte de foresta preter boscos subscriptos. Imprimis Quernemor p has diuisas scilicet sicut Langewayth se extendit versus Herlesgat ex occidentali parte capitis de Quernemore, sequendo le Erlesgate in descendendo usque ad pontem de Murlartkesiket in descendendo usque ad ffridbrok, sequendo ffridbrok et descendendo usque in Lon, sequendo Lon in ascendendo usque ad Escbrok, in ascendendo sequendo Maggebrigge ascendendo usque in Haukesdame,

* This perambulation was taken 12 H. III., in consequence of the charta de foresta, 9 H. III., which enacted that all forests which had been made by Henry II., Richard, or John, should be disafforested, unless in their own demesne; and it argues no slight advance over the ideas of the times, that the Jurors should commence their finding with these emphatic words, quod totus comitatus Lancastrie debet deafforestari preter boscos subscriptos. It is not known where the original perambulation is deposited, but the monks were too much interested in its fidelity to allow of an inaccurate copy being admitted into their archives; Toxteth being parcel of their possessions.

sequendo le sike de Haukesdame in ascendendo usque ad le sike que est sub Wynkeschanyte, et de illa sike usque Storschagh usque ad orientalem partem capitis de Brounsgat, sequendo Brounsgat in ascendendo usque ad sumitatem capitis de Cloghou, et de sumitate capitis de Cloghou, usq. ad caput de Damersgill, in descendendo usq. ad le sike que est inter duas marbos arres, sequendo le sike usq. ad Bloumes, sequendo le sike usq. in Coudouer, sequendo le sike usq. in mossam sub in Clodesheued, sequendo illam mossam in ascendendo usq. ad iter de Stokehauit, sequendo iter in ascendendo usq. le Erlesgat. Et preterea extra has diuisas dedit Joh. Rex quandam partem de illa foresta p cartam suam Matheo Gernet et heredibȝ suis. Reddendo inde annuatim dimidiam marcam. Salua sibi venatione sua. Et inde faciet dñus Rex voluntatem suam.

Et preter Couer et Blesedale per has diuisas, scilicet, de capite de Karder ex australi parte usq. Woluesty, et de Woluesty usq. ad sumitatem capitis de Perlak, et de illa sumitate sequendo le Merclogh in descendendo ubi le Merclogh in Brake ad Thorpincoles, sequendo le Brake in Conesty, sequendo Conesty descendendo usq. Karder, sequendo Karder in ascendendo usque ad prenominatum Woluesty. Blesedale.

Et preter ffulwod per has diuisas, scilicet de haya de Rounsgill usque ad viam de Depedale, et inde sicut ductus vadit de Depedale ad ffulwode, et inde sicut ductus ille cadit in Huartesgait, et inde sicut via cadit ad Coleford in le ffernes, et inde sicut ille cadit usque ad Codylegetah, et inde usque ad hayam de Romysgill. Et homines de Preston debent habere meremium ad edificia sua et ad comburendum et pasturam auerijs suis. ffulwod.

Et preter Toxstath per has diuisas, scilicet, sicut ubi Oskelesbrok cadit in Mersee, sequendo Oskelesbrok in ascendendo usque ad pratum de Magewom, et de prato usque ad Brounegge, sequendo le Brounegge usque ad Brymeclogh, et inde ex transuerso usque ad veteres turbarias inter duas maras usque ad Lambesthorn, et de Lambesthorn in descendendo usque ad Waterfall capitis de Oterpol, Toxstath.

sequendo Oterpol in descendendo usque in Mersee. Juxta has diuisas dñus Johannes rex posuit Smethedon cum ptinentijs suis in foresta, et dedit Tyngewelle in excambium cuidam pauperi homini, se inuito, et inde facit dñus Rex voluntatem suam.

erby. Item preter boscum de Derby p has diuisas, scilicet, de Bradepetra in Hargunkar, et sic p medium del Kar usq. ad Haselhurst, et sic ubi semita exit de nemore usq. ad Longelee, qui extendit se de Derby usq. in Kyrkeby, et sic ultra Longelee in Muchelbrok, et de ascendendo Muchelbrok usq. Blakebrok usq. in Thornithorndalebrok et sic ascendendo usq. ad planas. Et vicini habeant communam de herbagio et alijs in predicto bosco. Et homines de Derby habeant omnia necessaria in predicto bosco.

urtonwod. Item preter Burtonwod p has diuisas, scilicet, de Hardesty usq. Sonky, et de Raueneschagh ad Brodeleghbrok. Ita tamen quod Willmus Pincerna et heredes sui habeant communem pasturam auerijs suis in staurum, et pessonam porcis suis, et meremium ad castrum suum, et ad edificia sua, et ad comburendum.

roxstath. Item nos iurati dicimus quod Croxstath positum fuit in defens. post primam coronationem Henrici regis aui vestri et ptinet ad Dioiwesle ad heredem Roberti filij Henrici et debet deafforestari secundum tenorem carte de foresta, et Egersart debet habere communam, herbagium, et alia.

ale Item dicimus quod villa de Hale fuit dñicum aui vestri et Rex posuit in defens. partem de bosco post primam coronationem suam, scilicet, de ffiaxepol usq. ad le Quintebrigge, et Rex dedit predictam villam de Hale cum integritate et ptinentijs suis Ricardo de Mide p cartam suam, et debet deafforestari secundum tenorem carte de foresta.

ymondeswod. Item dicimus quod Symondeswod positum fuit in defens. post primam coronationem Henrici regis aui vestri, et ptinet ad heredem Ricardi filij Rogeri, et debet deafforestari secundum tenorem carte de foresta, &c.

*Placita de quo waranto coram Willmo Basset et Roberto de Hungreford justiciarijs assignatis ad itinerand. ad placita foreste Henrici comitis Lancastrie in comitatu Lancastrie, die Lune prox. post festum sancti Mathei anno regni Regis Edwardi tertij post conquestum decimo.*

HOMINES et tenentes ville de Broghton in Amondernesse clamant habere communam pasture in foresta de ffulwod scilicet, communitando cum omnibȝ auerijs, exceptis capris, toto tempore anni, et extra sex septimanis tempore pessone, et quatuor septimanis tempore fenationis, cum porcis. Reddend. ꝑ annum dñis Honoris Lancastrie, qui ꝑ tempore fuerint, decem solidos ad festum sancti Michaelis. Et dicunt quod ipsi et tenentes ville predicte communam predictam usi sunt, ut predicitur, a tempore quo non existit memoria, et hoc petunt verificare. Et Johannes de Lodelowe, qui sequitur ꝑ dño Comite, dicit quod ad clameum suum admitti non debent: dicit enim quod ex quo predicti homines et tenentes clamant communam in foresta predicta, nec ostendunt aliquod scriptum dñi Regis vel ꝓgenitorum suorum, seu dñi Comitis, nec antecessorum suorum, dñorum dicte foreste, dictis tenentibȝ factum fuisse, ꝑ quod communam in predicta foresta habere debeant, nec quod communa predicta ad liberum tenementum suum ꝑtineat, petit judicium. Dicit etiam quod ex quo clamant communam et omnia averia* sua in foresta predicta, capris duntaxat exceptis, non

---

* The claim of common was certainly too large. Manwood says, "As I do take it all manner of beasts are accompted commonable within a forest, geese, goats, sheep, and swine only excepted, for these are not allowed to have common within a forest, neither may any man prescribe to have common for these within a forest, because that such a prescription can have no lawfull beginning: for, to suffer such beasts to common within a forest, est ad magnum nocumentum ferarum foreste."

excipiendo porcos et bidentes, que sunt animalia ad communitanda in foresto cum facto speciali, petit iudicium. Postea predicti tenentes finem fecerunt ꝑ communa pasture ad aueria sua ꝑpria in foresta de ffulwod predicta de cetero habenda, capris bidentibȝ exceptis, ac etiam porcis exceptis mense vetito et sex septimanis tempore pessone. Et dabunt dño xiij. libras, vj. solidos, et viij. denarios. Et admittuntur ad finem predictam, transgressis cum auerijs suis in foresta de ffulwod predicta usq. festum sancti Michaelis anno regis nunc decimo sibi remissis. A quo festo reddant ꝑ pastura annuatim x. solidos ad terminos usitatos. Saluo semper iure dñi quod in eadem mora possit agistare, copiciare, et de solo suo se appropriare prout sibi viderit expedire.

*Inter placita de itinere foreste coram Willmo Basset et Roberto de Hungreford et alijs Justiciarijs die Mercurij proximo ante festum natiuitatis beate Marie anno regni Regis Edwardi tertij conquestum undecimo.*

OMNES milites et omnes thengi et omnes libere tenentes qui manent in foresta de honore Lancastrie clamant quod possint sua propria nemora assartare, vendere, dare, et in eis herbergiare pro voluntate sua, et de eis voluntates suas facere absque omni calumpnia, et esse quieti de regardo foreste, et habere canes suos et venatum leporis et vulpis et omnium aliarum bestiarum, preterquam cerui et cerue, porci siluestris, et laie et capreoli, per totam predictam forestam extra dñicas hayas comitis Lancastrie. Et dicunt quod Johannes comes Moreton, nuper dñus honoris Lancastrie, concessit eis libertates predictas per cartam suam quam sub sigillo ipsius Comitis ostendunt in hec verba. Johannes Comes Moreton, Justiciarijs, vicecomitibȝ, balliuis, ministris et omnibȝ amicis suis ffrancis et Anglis qui sunt et qui venturi sunt salutem. Sciatis me concessisse et hac carta mea confirmasse omnibȝ militibȝ,

et omnibʒ thengis, et omnibʒ libere tenentibʒ, qui manent in foresta mea de honore Lancastrie, quod possint nemora sua propria assartare, vendere, et dare, et in eis herbergiare pro voluntate sua, sicut in feodo suo, et de eis voluntates suas facere, absque omni calumpnia mea vel heredum meorum vel balliuorum meorum. Concessi etiam eis quietantiam regardi de foresta predicta. Preterea concessi eis canes suos et venatum leporis et vulpis et omnium aliarum bestiarum preterquam cerui et cerue et porci siluestris et laie et capreoli, per totam predictam forestam extra dñicas hayas meas. Quare volo et firmiter percipio quod omnes predicti milites et thengi et omnes libere tenentes et heredes sui post ipsos omnes predictas libertates habeant de me et heredibʒ meis bene et in pace. Et prohibeo ne quis balliuorum meorum vel aliquis alius eos inde disturbet. Et pro hac mea concessione dederunt quingentas libras argenti &c. Testibʒ &c. Et etiam ostendunt cartam ipsius Johannis postmodo Regis Anglie cuius dat. apud — ix die Octobris anno regni sui primo. Que testatur quod concessit et confirmauit omnibʒ militibʒ et omnibʒ thengis et libere tenentibʒ predictis omnes libertates predictas, et quod ipsi et heredes sui illas libertates habeant et teneant, sicut eis illas concessit dum fuit Comes Moreton. Unde dicunt, quod virtute cartarum predictarum, a tempore confectionis earundem libertatibʒ predictis absque aliquo impedimento hucusque usi sunt pacifice et gauisi, venatione dami et dame duntaxat excepta.

Et Johannes de Lodelowe, qui sequitur pro domino comite dicit quod ad dictum clameum admitti non debent. Dicit enim quod cum ijdem tenentes et thengi dictas libertates et inuicem clamant in communi, et plures dictorum tenentium clameum suum non prosequuntur. Et etiam cum quilibet illorum separatim nemora sua prosternendo, et assartando, et alia proficua inde capiendo, atque ceteris libertatibʒ vertitur singillatim, petit iudicium: Dicit et quod cum dñus Rex concessit tenentibʒ et thengis suis predictas libertates, et inde cartam ipsius regis ostendunt, que testatur quod predicti tenentes

sui et heredes sui post ipsos habeant suas libertates, et quidam tenentium modo in foresta predicta existentium, pluribȝ locis in eadem foresta de nouo et ad nocumentum ferarum inhabitantes, nec in eadem foresta tempore confectionis cartarum predictarum existebant; petit iudicium, si hij tenentes libertatibȝ predictis, saltem de venatione, uti possint vel gaudere. Dicit et quod licet dñus Rex concessit eis quod nemora sua possint assartare, et inde voluntates suas facere &c. et quod habeant quietantiam regardi in foresta sua, quod quidem regardum habet intelligi ad nemora et solum infra precinctum nemorum suorum tantum, et non ad pasturas, moras, seu mariscos, infra metas foreste ubi tempore confectionis carte nullus fuit boscus, et que modo pro maiori parte friscuntur, et in culturam rediguntur. Petit quod secundum assisam foreste includantur &c.

Et predicti tenentes dicunt quod ad clameum suum predictum prosequendum in forma predicta admitti debent. Dicunt enim quod modo quo predictus Rex libertates predictas omnibȝ tenentibȝ concessit, clameum suum predictum sunt prosecuti et libertatibȝ predictis, excepta venatione dami et dame, tam heredes quam assignati sui quicunque a tempore confectionis cartarum predictarum hucusque usi sunt pacifice et gauisi. Et dicunt quod cum per cartas predictas habeant acquietantiam regardi de foresta, quod quidem regardum habet intelligi, acquietantiam assarti, vasti, destructionis bosci, frissure soli sui proprij, et inclausure terre, et hijs quod de assarto quocunque nec de solo proprio infra metas foreste in culturam redacte, quod mere ad regardum pertinet, non debent occasionari, Unde petunt iudicium.

Postea predicti milites et tenentes in foresta predicta, qui alias finem fecerunt pro transgressa viridis et venationis predicto Comiti seu antecessoribȝ suis post ultimum iter illatis usque ad primum diem istius itineris, ac pro amerciamentis primo die itineris dando dicto dño comite quingentis marcis, petunt ulterius quod finem facere possint. Ita de articulis assisam foreste tangentibȝ, ulterius in isto

itinere non occasionentur, finibȝ pro transgressis viridis et venationis in dñicis hayis, venationis infra metas foreste post primum diem istius itineris factis, atque forisfacturis in foresta contingentibȝ, necnon pro finibȝ ministrorum, et pro parcis et alijs clausis per quos fere ingredi et redire non poterunt, dño Comiti semper saluis. Et dant Dño ducentas marcas. Ita tamen quod exitus nec amerciamenta in isto itinere usq. diem Lune prox, ante festum sancti Michaelis anno regni Regis Edwardi nunc decimo qualitercunq. contingentia non leuentur. Nec quod carta sua predicta per quam clamant predictas libertates in aliquo diminuatur, quin vim suam habeat et effectum, prout de iure et secundum tenorem eiusdem carte habere debeant. Salua venatione dami et dame, in qua disclamant omnino. Et quam venationem dami et dame predicto Comite et heredibȝ suis remittant in futurum. Et nichilominus dñus Comes super hoc consultus concedit quod dicti milites et tenentes per finem predictum in forma predicta admittantur, iuribȝ ipsius Comitis et heredum suorum in omnibȝ semper saluis.

*Carta Edwardi regis Anglie filij regis Henrici facta Henrico de Lascy comiti Lincoln et heredibus de corpore suo legitime procreatis de quibusdam terris et tenementis inferius expressatis, et si dictus Comes vel heredes de corpore suo legitime procreati, sine heredibus vel herede de corporibus ipsorum procreatis vel procreato obierint, tunc post mortem ipsorum omnia predicta terre et tenementa cum pertinentijs Edmundo fratri dicti Regis Edwardi et heredibus suis imperpetuum remanerent.*

EDWARDUS Dei gratia rex Anglie dñus Hibernie et dux Aquitanie, archiepiscopis, episcopis, abbatibȝ, prioribȝ, comitibȝ, baronibȝ, justiciarijs, vicecomitibȝ, prepositis, ministris et omnibȝ balliuis et fidelibȝ suis salutem. Sciatis quod cum dilectus ac fidelis noster Henricus de Lascy, comes Lincoln et

constabularius Cestrie, nuper nobis reddiderit et concesserit, remiserit et quietuclamauerit ꝑ se et heredib₃ suis omnia castra, terras et tenementa cum ꝑtinentijs que idem Comes habuit in comitatib₃ Lancastrie et Cestrie, et etiam manerium de Kyngeston cum ꝑtinentijs, in comitatu Dorset, et similiter concesserit quod manerium de Slayteburn in Bouland cum tota foresta et chacea et etiam manerium de Snayth cum soka in comitatu Ebor. et omnes alie terre et tenementa cum ꝑtinentijs que Alesia de Lascy mater* predicti Comitis tenet in dotem in comitatu Lancastrie de hereditate predicti Comitis, et que post mortem predicte Alesie ad ipsum Comitem et heredes suos reuerti debent, reuertantur et remaneant nobis et heredib₃ nostris imꝑpetuum post mortem eiusdem Alesie, et de quib₃ terris et tenementis, que Alesia tenet in dote, eadem Alesia ꝑ assignationem predicti Comitis nobis fecit sacrum fidelitatis. Habend. et tenend. nobis et heredib₃ nostris una cum feodis militum, aduocationib₃ ecclesiarum, capellarum, abbathiarum, prioratuum, et hospitalium, homagijs, seruicijs liberorum et villanorum, terris dñicis, forestis, chaceis, parcis, warenis, piscarijs, vaccarijs, manerijs, hamelettis, et membris, hundredis, wapentachijs, libertatib₃ regalib₃, et liberis consuetudinib₃, et omnib₃ alijs que predicti Comes et Alesia, ante redditionem et assignationem predictas, habuerunt in comitatib₃ Lancastrie et Cestrie, castris, manerijs, terris, tenementis, et feodis predictis, sine aliquo retenemento imꝑpetuum. Nos, ꝑ laudabili seruicio quod predictus Comes nobis impendit, dedimus, concessimus, et hac carta nostra confirmauimus ꝑ nobis et heredib₃ nostris eidem Comiti omnia castra, terras, et tenementa predicta in comitatib₃ Lancastrie et Cestrie, et etiam predictum manerium de Kyngeston cum ꝑtinentijs in comitatu Dorset. Et similiter volumus et concedimus, ꝑ nobis et heredib₃ nostris, quod predictum manerium de Slayteburn in Bouland cum tota foresta et chacea et manerio de Snayth cum soka in comitatu Ebor., et etiam omnes alie

* i.e. Alice, the widow of Edmund de Lascy, see p. 3.

terre et tenementa predicta que predicta Alesia tenet de nobis in dotem in comitatu Lancastrie, p assignationem predicti Comitis, et que post mortem ad nos et heredes nostros reuerti debent, post mortem ipsius Alesie integre reuertantur et remaneant predicto Comiti et heredibꝫ suis de corpore suo procreatis. Habend. et tenend. eidem Comiti et heredibꝫ suis de corpore suo procreatis de capitalibꝫ dñis feodi illius, siue nobis siue alijs, p seruicia inde debita et consueta, libere, quiete, una cum feodis militum, aduocationibꝫ ecclesiarum, capellarum, abbathiarum, prioratuum, et hospitalium, homagijs, seruicijs liberorum et villanorum, terris dñicis, forestis, chaceis, parcis, warenis, piscarijs, vaccarijs, manerijs, hamelettis, et membris, hundredis, wapentachijs, libertatibꝫ regalibꝫ, et liberis consuetudinibꝫ, et omnibꝫ alijs que predicti Comes et Alesia ante redditionem et assignationem predictas habuerunt in comitatibꝫ Lancastrie et Cestrie, castris, manerijs, terris, tenementis, et feodis predictis, sine aliquo retenemento, incremento vel decremento, imppetuum. Ita tamen quod si predictus Comes sine heredibꝫ de corpore suo procreatis in fata decesserit, vel quod heredes illi sine heredibꝫ vel herede de corporibꝫ eorum procreatis vel procreato obierint, tunc post mortem ipsius Comitis et heredum predictorum omnia castra, terre, tenementa, et maneria predicta, cum ptinentijs cum feodis militum, aduocationibꝫ ecclesiarum, capellarum, abbathiarum, prioratuum, hospitalium, homagijs, seruicijs liberorum et villanorum, terris dñicis, forestis, chaceis, pratis, warenis, piscarijs, vaccarijs, manerijs, hamelettis, et membris, hundredis, wapentachijs, libertatibꝫ regalibꝫ, et liberis consuetudinibꝫ, et omnibꝫ alijs predictis integre remaneant Edmundo fratri nostro carissimo et heredibꝫ suis imppetuum. Tenend. de capitalibꝫ dñis supradictis, siue nobis, siue alijs, in forma predicta. Quare volumus et firmiter percipimus p nobis et heredibꝫ nostris, quod predictus comes et heredes sui de corpore suo procreati imppetuum habeant et teneant omnia castra, terras, et tenementa predicta, in comitatibꝫ Lancastrie et Cestrie, et etiam predictum manerium de Kyngeston, cum ptinentijs in comitatu Dorset,

et similiter volumus et concedimus ꝑ nobis et heredibꝫ nostris quod manerium de Slayteburn in Bouland, una cum tota foresta et chacea et manerio de Snayth, cum soka in comitatu Ebor., et etiam omnes alie terre et tenementa predicta que predicta Alesia de nobis tenet in dotem in comitatu Lancastrie, ꝑ assignationem predicti Comitis, et que post mortem predicte Alesie ad nos et heredes nostros reuerti debent, post mortem ipsius Alesie integre reuertantur, et remaneant predicto Comiti et heredibꝫ suis de corpore suo procreatis. Habend. et tenend. eidem Comiti et heredibꝫ suis de corpore suo procreatis, de capitalibꝫ dñis feodi illius, siue nobis, siue alijs, per seruicia inde debita et consueta, libere, quiete, una cum feodis militum, aduocationibꝫ ecclesiarum, capellarum, abbathiarum, prioratuum, et hospitalium, homagijs, seruicijs liberorum et villanorum, terris dñicis, forestis, chaceis, parcis, warenis, piscarijs, vaccarijs, manerijs, hamelettis, et membris, hundredis, wapentachijs, libertatibꝫ regalibꝫ, et liberis consuetudinibꝫ, et omnibꝫ alijs que predicti Comes et Alesia ante redditionem et assignationem predictas habuerunt in comitatibꝫ Lancastrie et Cestrie, castris, manerijs, terris, tenementis et feodis predictis, sine aliquo retenemento, incremento, vel decremento imppetuum. Ita tamen quod si predictus Comes sine heredibꝫ de corpore suo procreatis in fata decesserit, vel quod heredes illi sine heredibꝫ vel herede de corporibꝫ eorum procreatis vel procreato obierint, tunc post mortem ipsius Comitis et heredum predictorum, omnia castra, terre, tenementa, et maneria predicta, cum ꝑtinentijs, una cum feodis militum, aduocationibꝫ ecclesiarum, capellarum, abbathiarum, prioratuum et hospitalium, homagijs, seruicijs liberorum et villanorum, terris dñicis, forestis, chaceis, parcis, warenis, piscarijs, vaccarijs, manerijs, hamelettis, et membris, hundredis, wapentachijs, libertatibꝫ regalibꝫ, et liberis consuetudinibꝫ, et omnibꝫ alijs predictis integre remaneant Edmundo fratri nostro carissimo et heredibꝫ suis imppetuum. Tenend. de capitalibꝫ dñis supradictis, siue nobis, siue alijs, in forma predicta, sicut predictum est. Hijs testibꝫ, venerabilibꝫ patribꝫ, Anton.

Dunelm,* W. Eliensi, W. Baton et Wellensi, episcopis, Edmundo comite Cornubie, consanguineo nostro, J. de Warena, comite Surr., Rogero le Bygod, comite Norfolk, marescallo Anglie, Joh. Wak., Roberto filio Walteri, Gilberto de Thorneton, et alijs. Dat. per manum nostrum apud Westm. xxviij. die Octobris anno regni nostri xxij.

Et notandum quod post illam talliationem Henr. de Lascy, prefatus Comes Lincoln, vixit sex decim annos et ultra usque ad festum sancte Agathe virginis, in quo die obijt circa gallicanum anno dñi mº cccº decimo, non relinquens post se heredem de suo corpore procreatum, nisi tantum unam filiam, Alesiam nomine, que desponsata fuit Thome Comiti Lancastrie, filio Edmundi fratris Regis Edwardi filij Regis Henrici, que quidem Alesia post mortem dicti Thome comitis Lancastrie, mariti sui vixit usq. ad annum dñi mºcccº xlviij., et post festum sancti Michaelis obijt apud Bolyngbrok. Post cuius mortem ministri Henrici comitis Lancastrie ceperunt seisinam in dñico de Blakeburnschir die veneris prox. post festum omnium sanctorum anno dñi supradicto, et anno regni Regis Edwardi tertij post conquestum xxij. et in omnibȝ alijs terris, tenementis, castris, manerijs, terris dñicis, ac omnibȝ alijs dñicis que in predicta talliatione supra recitantur. Iste Henricus, Comes Lancastrie, fuit filius et heres Henrici Comitis Lancastrie filij Edmundi fratris Regis Edwardi filij regis Henrici, ad quem deuoluta est et translata hereditas Henrici de Lascy, comitis Lincolnie, virtute predicte carte suprascripte.†

---

* See ante, p. 199.

† The descent of the possessions to Henry, Earl of Lancaster, has been already noticed, and from him, who was created Duke of Lancaster, A.D. 1351, they

*Copia brevis domini Regis missa escaetori in comitatu Lancastrie ad liberandam seisinam Henrico Comiti Lancastrie de terris et tenementis suprapositis in predicta carta.*

EDWARDUS Dei gratia rex Anglie et ffrancie et dñus Hibernie, dilecto et fideli Thome de Lucy, escaetori suo in comitatu Lancastrie, salutem. Quia accepimus per inquisi-

---

descended with the dukedom to John of Gaunt, upon his marriage with his daughter, and, eventually, sole heir, Blanche. From John of Gaunt, the duchy and possessions descended to his son Henry, who afterwards became Henry IV. of England.

By his accession to the throne, these possessions became vested in him as King, and not as Duke; "for the name of Duke, being lower than that of King, was drowned by the name of King. For the King could not be Duke in his own realm, though he might out of it." But as he was aware that his title to the duchy was indefeasible, and that his title to the crown was not so good, he was desirous to keep the possessions of the duchy separate from those of the crown, and therefore it was enacted by 1 H. IV., that the duchy should not be altered by reason that King Henry IV. assumed the royal estate upon him, but that they should be preserved and continued in the same condition and estate in which they descended to him, and should remain to the same heirs contained in the said charters; and that they should in such manner, and by such ministers and priors, in all things be ordered and demeaned as they should have been had he not been King.

But, thus comments the venerable Plowden, though this makes the King to have the duchy, and all the liberties and jurisdictions, as they were before in the hands of the dukes, yet they do not make the King to be Duke of Lancaster; and indeed if a lease had been made of duchy lands in the name of the Duke of Lancaster, it had been void; and in offices it is always usual to say, that the Tenant held of the King as of the Duchy of Lancaster.

This distinction was carefully preserved by the Line of Lancaster; and when Edward IV. ascended the throne, his title being the converse of that of Henry IV., as he succeeded rightfully to the throne, but only had the duchy by forfeiture, he adopted the same course; and, after re-creating the duchy, which had merged by the forfeiture, he declared that the King should inherit the same and the premises, by the same name of Duchy from all other his inheritance, separate to him and his heirs, Kings of England perpetually, and that the county of Lancaster should be a County Palatine.

tionem quam per vos fieri fecimus, quod Alesia, nuper comitissa Lincolnie defuncta, nulla terras seu tenementa tenuit in dñico suo ut de feodo, nec in seruicio, die quo obijt, in comitatu predicto. Sed quod dñus Edwardus quondam rex Anglie auus noster fuit seisitus in dñico suo ut de feodo p̱ redditionem et quietaclamationem Henrici de Lascy, tunc comitis Lincolnie, de castro et manerio de Cliderhou, cum chaceis et parcis in dicto comitatu Lancastrie, et quod idem auus noster habita plena possessione de dictis castro et manerio cum chaceis et parcis, p̱ cartam suam predicta castrum et manerium cum chaceis et parcis cum ptinentijs suis reddidit et concessit predicto Henrico Comiti. Habend. et tenend. sibi et heredibȝ suis de corpore suo procreatis et heredibȝ eorundem de se procreandis. Ita quod si idem Comes sine herede de se procreato in fata decederet, vel heredes de se procreati sine herede de se procreato vel procreando in fata decederent, tunc, post mortem ipsius Comitis et heredum predictorum, predicta castrum et manerium cum omnibȝ ptinentijs suis integre remanerent Edmundo fratri ipsius aui nostri et heredibȝ suis de se procreatis et heredibȝ eorum de se procreandis imp̱petuum. Qui quidem Edmundus habuit de se procreatum Thomam filium suum et heredem et Henricum fratrem ipsius Thome, et quod predictus Thomas postea nupsit se Alesie filie et heredi predicti Henrici Comitis de corpore suo procreate, quodq. post mortem predictorum Edmundi et Henrici comitis, prefatus Thomas predicta castrum et manerium cum omnibȝ

---

Henry VII. pursued the same course, and, on his accession, the duchy was vested in the King, separate from his other possessions; and the statute 1 H. VII. repealed the statute of Edw. IV., and enacted, that the King should have all the lands, parcel of the duchy of Lancaster, in as ample a manner, separate from the crown of England and the possessions of the same, as any of the former kings ever had.

It is clear, therefore, that the common idea, that our beloved Sovereign is Duchess of Lancaster, is a fond delusion of the natives of the Palatinate. She is seised of the duchy possessions as Queen, in right of the Duchy of Lancaster.

suis ptinentijs habuit et tenuit usq. diem obitus sui, et quod post mortem ipsius Thome dñus Edwardus nuper rex Anglie pater noster anno regni sui xv. quibusdam de causis ea ceperit in manum suam, et quod nos postmodo dicta castrum et manerium de Cliderhou, cum chaceis et parcis, excepto parco de Ightenhull, concessimus Isabelle regine Anglie, matri nostri carissime, et quod idem Thomas et Alesia obierint sine herede de corpore suo legitime procreato, quodque reuersio predictorum castri et manerij cum omnibȝ suis ptinentijs post mortem ipsius Alesie filie predicti Henrici Comitis Lincoln, ptinet Henrico nunc comiti Lancastri, filio et heredi predicti Henrici filij predicti Edmundi, ut consanguineo et heredi ipsius Edmundi in tallia predicta, virtute cartarum et concessionum predictarum. Et quod predictum castrum et manerium tenentur de honore Lancastrie p seruicium sex feodorum militum, et viginti et quinq. solidorum, p annum, ad wardam castri Lancastrie. Vobis mandamus quod eadem castrum et manerium cum chaceis et parcis, dicto parco de Ightenhull duntaxat excepto, in manum nostram seisiri, et ea statim cum sic seisita fuerint in manum nostram, prefato nunc Comiti Lancastrie liberetis. Habend. in forma predicta, saluo iure cuiuslibet. Teste meipso apud Sandwycu xv. die Nouembris. Per breve de priuato sigillo.

EXPLICIT TITULUS SEXTUS.

## Incipit titulus septimus de Acton.

I. *Carta Ricardi filij Gilberti de villa de Acton.*

SCIANT omnes tam presentes quam futuri quod ego Ricardus* filius Gilberti dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et beate Marie et Abbati et

* This was Richard, the son of Gilbert de Aston, Lord of Aston iuxta Sutton, temp. H. II., Ric. I., and John. "This Richard gave to Randle, son of Richard de Kingsley, one oxgang of land in Acton, which John de Lascy, Constable of Chester and Baron of Halton, confirmed, and it was afterwards given to Hugh de Camera by the daughters and heirs of Richard de Kingsley; and Hugh de Camera gave the same to Adam le Turner de ffrodesham, as appears by the Aston deeds." He married Johanna, and left a son,

Richard de Aston, who married Maude, daughter of William de Walton, and left issue,
  Richard, his son and heir,
  Margery, who married William de ffrodsham.
Richard de Aston, son and heir, married Rose, daughter and coheiress of Roger Threful of Maxfield, temp. Edw. I., living 18 Edw. III., and had issue,
  Richard,
  Hugh, prior of Birkenhead priory.
Richard de Aston, son and heir, married Amabilla, daughter of Eva de Rode, and sister of William de Rode, temp. Edw. II., and had issue,
  Robert, son and heir,
  Thomas,
  Margery, married William Wallensis de Hooton.
Robert de Aston, son and heir, married Felice, daughter of John Hawarden, of Chester, circa 1328, and was the ancestor of the present family of Aston, of Aston.

monachis Loci Benedicti de Stanlawe villam que dicitur Acton* totam et integram sine aliquo retenemento mihi vel heredibȝ meis cum omnibȝ ptinentijs suis in bosco, in plano, in vijs, in semitis, in pratis, in pascuis, in piscarijs, in molendinis, in aquis salsis et dulcibȝ, et in omnibȝ aisiamentis que ibi sunt vel fieri possunt, liberam et quietam ab omni seruicio et exactione mihi vel heredibȝ meis ptinente in puram et ppetuam elemosynam. Acquietabunt autem predictus Abbas et monachi forense seruicium quod de prefata villa de Acton ptinet tam ad dñum Comitem, quam ad dñum meum Rogerum de Lascy, Constab. Cestrie. Hanc autem donationem feci eis p salute anime mee et uxoris mee et antecessorum et heredum meorum ita liberam et quietam elemosynam, sicut ulla elemosyna liberius et quietius dari potest. Ita quod ego nec heredes mei aliquid de prenominata terra de Acton querere vel habere possimus, nisi preces eorum et orationes. Ego vero et heredes mei hanc meam elemosynam et donationem sepedictis Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe contra omnes homines warantizabimus et defendemus. Et ut ista mea donatio imppetuum rata sit et inconcussa, sigilli mei impositione eam confirmaui, et testibȝ subnotatis roboraui. Hijs testibȝ, dño meo Rog. de Lascy Constab. Cestrie, Philippo de Orreby tunc Justic. Cestrie,† Hug., Thom., Rob., dispensarijs, Petro Clerico dñi comitis Cestrie, Radulpho psona de ffrodsham, Galfr. de Dutton, Jocerano de Hellesby, Ric. de Kyngeslee, Willo Venour, et multis alijs.

---

* i. e. the township now called Acton Grange, in the parish of Runcorn, and deanery of Frodsham, in Cheshire.

† This fixes the date of this grant, for Roger de Lascy died in 1211, and Philip d'Orreby was Judge of Chester, from 1209 to 1238.

II. *Carta Ricardi de Eston* de duabus bouatis terre in Acton.*

SCIANT omnes homines tam presentes quam futuri quod ego Ric. de Eston dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et beate Marie et Abbati ac monachis Loci Benedicti de Stanlawe duas bouatas terre in Acton cum omnibȝ ptinentijs et libertatibȝ suis que ad ipsas ptinent, in puram et ppetuam elemosynam p salute anime mee et omnium antecessorum et heredum meorum libere et quiete sicut ulla elemosyna liberius et quietius dari potest, illas, videlicet, duas bouatas que fuerunt Johannis de Camera hominis mei, quas dederam ei p seruicio et homagio suo, et quas ipse mihi resignauit in hundredo de Hauton et bono animo imppetuum quietas remisit. Tenebunt autem ijdem Abbas et monachi has duas bouatas terre de me et heredibȝ meis futuris temporibȝ imppetuum. Nichil inde mihi vel heredibȝ meis reddendo vel faciendo nisi tamen orationes et elemosinas et unam libram cymini circa festum sancti Johis Bapte. Verumtamen ego et heredes mei has predictas duas bouatas in omnibȝ defendemus, saluo forensi seruicio, et ab omni calumpnia emergente eisdem Abbati ac monachis fideliter warantizabimus. Dederunt autem prefati Abbas et monachi iam dicto Joh. de Camera, homini meo, duas marcas argenti et decem solidos, ea conditione ut predictas duas bouatas terre a se et ab heredibȝ suis bono animo abiuraret et imppetuum remitteret et quietasclamaret. Verum ut istarum duarum bouatarum mea donatio ppetuis temporibȝ firma et stabilis pmaneat sigilli mei impressione eam confirmo, et testibȝ subnotatis corroboro. Hug. de Dutton, Ad. de Dutton† et Johanne filio eius, Ric. Starkey, Hug. Tirel, Huberto Puncerline, et toto Hundredo de Hauton.

* See ante, p. 21, where this deed is referred to.
† See ante, p. 17.

### III. *Resignatio Johannis de Camera de predictis bouatis terre in Acton.*

SCIANT omnes legentes et audientes literas istas quod ego Joh. de Camera resignaui in manus dñi mei Ricardi de Aston et quietasclamaui illas duas bouatas terre quas dederat mihi in Acton ꝑ homagio et seruicio meo. Ita quod ego et heredes mei nunquam imppetuum easdem duas bouatas iterum reclamare poterimus. Et quia predictus Ricardus easdem duas bouatas dedit Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanl. in ppetuam elemosynam, dederunt mihi ijdem Abbas et monachi ut easdem duas bouatas bono animo abiurarem et ppetuo quietas sibi clamarem duas marcas argenti et decem solidos. Hijs testibȝ, Hug. de Dutton, Ad. de Dutton, et Johe filio eius, Ric. Starkey, Hug. Tirel, et toto hundredo de Hauton.

### IV. *Carta Ricardi de Aston facta Johanni homini suo de duabus bouatis terre in Acton.*

SCIANT omnes tam presentes quam futuri quod ego Ric. de Aston dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Joh. meo homini ꝑ homagio et seruicio suo consensu sponse mee Johanne duas bouatas terre in Acton, que fuerunt Willi fil. R. de ffrodesham, scil. unam de meo demenio et alteram de seruicio, cum omnibȝ ptinentijs suis in bosco, in plano, in pratis, in pascuis, in aquis, in vijs, in semitis. Habend. et tenend. sibi et suis heredibȝ de me et de meis heredibus, libere et quiete. In reddendo inde annuatim ꝑ omni seruicio quod ad me ptinet unam libram cimini die sancti Joh. Bapte in media estate. Hijs testibȝ, Hug. de Dutton, Ad. de Dutton, Rico Starkey, Herbto Punterlyne, Hug. Tirel, et alijs.

Confirmatio Rog. de Lascy constab. Cestrie de dictis duabȝ bouatis terre que fuerunt Joh. de Camera inuenietur in titulo primo de Stanlawe, Aston, et Staneya, p. 21.

V. *Carta Ricardi filij Gilberti de Eston de terra de Hurst in Acton.*

SCIANT omnes tam presentes quam futuri quod ego Ric. filius Gilberti de Eston dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et beate Marie et Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe octo bouatas terre, scil. Hurst, cum omnibȝ ptinentijs suis, excepta parte molendini de Acton eidem terre adiacente, quam mihi et heredibȝ meis retineo, in viis, in semitis, in bosco, in plano, in pratis, in pascuis, in piscarijs, in aquis salsis et dulcibȝ, et in omnibȝ aisiamentis que ibi sunt vel fieri possunt, et communionem pasture totius ville de Acton, integre et libere et quiete in puram et ppetuam elemosynam imppetuum, p salute anime mee et uxoris mee et antecessorum et heredum meorum, et p consilio et auxilio domus de Stanlawe mihi et meis fideliter in posterum ab eis pmisso. Ita quod nec ego nec heredes mei de hac terra aliquid querere poterimus nec p aisiamentis prenominatis, nisi preces et orationes. Et ego et heredes mei warantizabimus et defendemus predictam terram contra omnes homines, et in omnibȝ, excepto forinseco seruicio predicte terre adiacenti quod ipsi monachi acquietabunt. Verum ut ista donatio mea ppetuis temporibȝ firma et stabilis pmaneat sigilli mei impressione eam confirmo, et testibȝ subnotatis corroboro, dño Rogero de Lascy, constab. Cestrie, et Johe filio eius, et Hug. de Dutton, et Hug. Dispensar, et Thoma fratre eius, Galfr. de Dutton, Ric. Starky, Willo de Deresbur, Hug. Tirel, et toto hundredo de Hadelton.

Confirmatio Rogeri de Lascy de dono Ricardi de Eston hominis

sui scilicet del Hurst inuenietur in primo titulo de Stanlawe, (p. 22.)

VI. *Carta Ricardi filij Gilberti de Eston de molendino de Acton.*

SCIANT omnes tam presentes quam futuri quod ego Ric. filius Gilberti vendidi Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanl. totam partem meam molendini de Acton quod est inter Acton et Waleton, et totam libertatem quam habeo in molendino faciendo in Acton, et unam bouatam terre in ipsa villa de Acton quam ffowynus de me tenuit cum ꝑtinentijs suis liberam et quietam de me et heredibȝ meis futuris temporibȝ impꝑetuum ꝑ tribȝ marcis argenti et dimidia, quas mihi predictus Abbas et monachi dederunt et pacauerunt. Saluo forinseco seruicio predicte bouate adiacente. Quod si situs ad molendinum faciendum subtus molendinum quod nunc est infra diuisas de Acton inuentus fuerit, liceat monachis molendinum assidere ubicunq. sibi magis competere viderint, et terram ad molendinum faciendum et ad stagnum firmandum et subleuandum tam ꝑcul quam prope circumquaq. molendinum sibi sufficienter assumere. Remitto etiam eis ꝑ salute anime mee libram cymini quam de duabȝ bouatis terre que fuerunt Johannis de Camera, hominis mei, mihi hactenus soluebant. Ego vero et heredes mei tam molendinum quam bouatam terre suꝑnominatam predictis monachis contra omnes homines fideliter warantizabimus. Hijs testibȝ, Hug. de Dutton, Galfro de Dutton, Willo de Deresbur, Willo de Waleton, Rico Starky, Hug. Tyrel, Alano clerico, et multis alijs.

VII. *Carta Ricardi filij Gilberti de Eston de septem bouatis terre in Acton.*

SCIANT omnes tam presentes quam futuri quod ego Ric. filius Gilberti vendidi et hac presenti carta mea confirmaui Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanl. septem bouatas terre in Acton plenas et integras cum omnibꝫ ꝑtinentijs suis in bosco, in plano, in vijs, in semitis, in pratis, in pascuis, in piscarijs, in molendinis, in aquis salsis et dulcibꝫ, cum communione totius ville de Acton et omnibꝫ aisiamentis que ibi sunt vel fieri possunt ꝑ xj. marcis argenti quas mihi dederunt ꝑ omnibꝫ que ad me ꝑtinent libere et quiete. Tenend. et habendas de me et heredibꝫ meis imppetuum. Ita quod dictus Abbas et monachi acquietabunt forense seruicium quod ad prenominatas septem bouatas ꝑtinet. Liceat etiam eidem Abbati et monachis de bosco de Acton assartare et scindere, dare, et vendere, et omne commodum suum facere, sicut de eorum libera emptione, retenta mihi portione mea, quantum ꝑtinet ad septem bouatas terre de dominio meo quas in manu mea retineo. Preterea totam partem meam molendini de Acton quod est inter Acton et Waleton eis dimisi, et totam libertatem quam ego ipse habui in molendino faciendo in Acton supra aquam illam. Quod si situs competentior ad molendinum faciendum infra diuisas de Acton inuentus fuerit, liceat monachis molendinum assidere ubicunq. sibi magis competere viderint, et terram ad molendinum facere, et ad stagnum firmandum et subleuandum tam procul quam prope circumquaque molendinum sibi sufficienter assumere. Remitto etiam eis ꝑ salute anime mee libram cymini quam de duabꝫ bouatis terre que fuerunt Joh. de Camera, hominis mei, mihi hactenus soluebant. Ego vero et heredes mei hanc venditionem septem bouatarum terre et molendini prefatis Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanl. fideliter warantizabimus. Hijs testibꝫ, dño Hug. Abbate Cestrie,

Thom. dispensar, Galfro de Dutton, Thom. de Orreby, Rico de Kyngesle, Gilberto de Lym, Gilberto de Bernolweston, Willo de Deresbur, Willo de Waleton, Willo venatore, Joh. de Stoecu, et multis alijs.

VIII. *Carta Rogeri de Lascy, constabularij Cestrie, de hominibus habendis in Acton.*

ROGERUS de Lascy, constab. Cestrie, omnibȝ balliuis et hominibȝ suis ad quos presens scriptum ꝑuenerit salutem. Sciatis me concessisse Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe, ut liceat eis homines laicos si voluerint in villa que dicitur Acton ad terram excolendam ponere et firmarios habere, quamdiu prefati Abbas et monachi eandem villam de Ric. de Eston vel successoribȝ eius tenuerint. Et ut ipsi homines de eis terram tenentes eandem habeant libertatem quam et monachi habent, et ut liberi sint de hundredo de Hauton, et de omnibȝ alijs placitis, auxiliis, et operationibȝ. Quod si forte contigerit aliquem prefatorum hominum furto vel rapina deprehendi in hundredo de Halton conuictus tradatur constabulario et balliuis eius. Catalla vero eiusdem hominis omnia Abbas et monachi habebunt. Hijs testibȝ, Eustachio fratre meo,* Ad. de Dutton, Hug. de Dutton, Ric. Starky, Hug. Tirel, et multis aliis.

IX. *Carta Ranulphi comitis Cestrie de quietantia forinseci seruicij de Acton.*

RANULPHUS Comes Cestrie, Justiciarijs suis de Cestrisir salutem. Sciatis quod de terra de Acton quam monachi de Stanlawe habent ad terminum de Ric. de Eston eis dedi

---

* See ante p. 2.

quietantiam de seruicio quod ad me ꝑtinet, scil. de forinseco seruicio, quamdiu monachi illi terram predictam tenebunt de eodem Ricardo. Teste meipso apud Cenom.

X. *Quietantia Rogeri de Lascy, constabularij Cestrie, de forinseco seruicio de Acton.*

ROGERUS de Lascy, constab. Cestrie, senescallo suo et ceteris balliuis suis de Halton salutem. Sciatis quod ego remisi et quietuclamaui Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe omne forense seruicium quod ad me ꝑtinet de terra de Acton quam habent per assensum meum de Ricardo de Eston ꝑ xxx. annos. Quare percipio et firmiter prohibeo ne quis vestrum eos grauet, vel ab alijs grauari permittat, in exigendo ad eis aliquod seruicium vel auxilium siue operationem, que de predicta terra de Acton emergere potest quamdiu in manibꝫ prenominatorum Abbatis et monachorum de Stanlawe fuerit. Testibꝫ Galfro fratre meo, Thom. Dispensar, Hugone fratre suo, Galfr. Pincerna, Henr. probo, et multis alijs.

XI. *Carta Johannis de Lascy, constabularij Cestrie, de marisco de Mora.*

UNIUERSIS sancte matris ecclesie filijs presentibꝫ et futuris Joh. de Lascy, Constab. Cestrie salutem. Noueritis me dedisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et beate Marie et Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanl. totum mariscum meum de More, infra fossatum et extra, sicut mensuratum fuit hominibꝫ meis de More tempore quo mariscum illud ad firmam de me tenuerunt. Ita quod ipsi homines liberum introitum et exitum habeant ad piscariam suam faciendam et sequendam sine contradictione monachorum et conuersorum et sine detrimento bladi

et prati predictorum monachorum. Hanc autem donationem feci illis p̧ salute anime mee et uxoris mee et p̧ animabȝ patris mei et matris mee et heredum meorum in puram et p̧petuam elemosynam ab omnibȝ seruicijs et exactionibȝ liberam et quietam imp̧petuum. Nichil inde mihi vel heredibȝ meis retinens nisi preces et orationes. Ego vero et heredes mei predictis monachis ipsum mariscum contra omnes homines defendemus et warantizabimus. Hijs testibȝ, dño Rogero de Cestria fratre meo, dño Colino de Dompneuille, Henr. de Longo Campo, Ric. de Sondebache, Henr. de Nouo mercato, Baldewyno Teutonico, Hug. de Dutton, Galfr. de Dutton, Gilberto de Lymme, Alano clerico tunc sen., Willmo clerico, et multis alijs.

XII. *Carta eiusdem de predicto marisco postquam fuit Comes Lincolnie.*

UNIUERSIS sancte matris ecclesie filijs presentibȝ et futuris, Johannes de Lascy Comes Lincoln et constab. Cestrie, salutem, (*et cetera omnia, ut in carta prox. precedente.*)

XIII. *Compositio inter canonicos de Norton et nos de decimis de Acton et dominicarum de Steinynges.*

NOUERINT presentes et futuri controuersiam inter monasterium Loci benedicti de Stanlawe et ecclesiam sancte Marie de Norton* super decimis de Acton et de marisco qui dicebatur de Mora nuper exortam, mediantibȝ viris discretis, dño Philippo de Orreby, tunc Justic. Cestrie, et Hugone de Dutton,

* This priory was founded, A.D. 1133, by William Fitz Nigell (p. 1, ante,) at Runcorn, and was removed by his son William to Norton. It was endowed, amongst other possessions, with the tithes of Acton Grange; and at the Dissolution, the rectory and advowson of the vicarage of Runcorn were given to the Dean and

tunc senescallo de Haletonsir, et magistro A. de Tawell, tunc offic., hoc modo esse sopitam, scilicet, quod monasterium de Stanlawe persoluet ecclesie de Norton xxv. solidos annuatim ad duos terminos, scilicet, xij. solidos et vj. denarios ad annunciationem beate Marie, et xij. solidos et vj. denarios ad festum sancti Michaelis, ꝑ decimis garbarum de Acton, excepta terra Hospitalarium de qua ecclesia de Norton decimas ex integro ꝑcipiet, et exceptis minutis hominum laicorum qui terram in Acton excoluerint, de quibȝ monachi de Stanlawe decimas in blado tantum ꝑcipient, cetera omnia canonici de Norton habebunt. Ita siquidem quod si monasterium de Stanlawe a die conuentionis huius in terris datis vel emptis infra parochiam de Norton excreuerit, ipsarum decime ecclesie de Norton ꝑsoluentur. De famulis autem ac seruientibȝ predictorum monachorum de Stanlawe ubicunq. in parochia sancte Marie de Norton manserint, quibȝ spiritualia a predicta ecclesia de Norton ministrentur, oblationes et alia iura ecclesiastica que ad illas ꝑtinent canonici ꝑcipient. Decimas vero de dñico de Steyninges ad ecclesiam de Norton ꝑtinentes fratres de Stanlawe benigne ꝑsoluent, et si canonici de Norton voluerint, saluo colligent et fideliter custodient. De piscarijs super Merse ad monasterium de Stanlawe ꝑtinentibȝ, ecclesia de Norton ex ꝑprio faciet decimam partem et decimam in pisce recipiet. De cetero compromiserunt tam Abbas et monachi de Stanlawe quam prior et canonici de Norton mutuam fidem et dilectionem ad inuicem custodire, et veriq. aliorum commodis et honoribȝ bona fide deseruire. In huius rei testimonium confirmandum et corroborandum Abbas et conuentus Loci Benedicti de Stanlawe, prior et conuentus sancte Marie de Norton, sigilla sua presenti scripto apposuerunt. Contra hoc scriptum venientes nisi infra octo dies satisfecerint pene xx. solidos subiacebunt.

---

Chapter of Christ Church, who thus became possessed of the rectorial tithes of Acton Grange. In 1710 they were leased for £24 per annum. — See the edition of Bishop Gastrell's *Notitia Cestriensis*, published by the Chetham Society, vol. i. p. 251.

Hijs testibȝ, Gilberto de Lymme, magistro Thurstano Cestrie, Ricardo de Standish, Willo venatore, Willo de Tabeley, Willo de Waleton, Eitrop de Mulint, Alano clerico, Ad. clerico de Haltonsir, et multis alijs.

### XIV. *Indentura de stagno molendini de Acton.*

HEC est conuentio facta inter Abbatem et conuentum Loci Benedicti de Stanlawe et Willmum et Johannem filios Gilberti de Waleton,* scil. quod Abbas et conuentus dimiserunt Willo et Johanni et heredibȝ suis quartam partem piscarie vel piscariarum, si plures fuerint, et quartam partem totius commodi aque de Merse infra diuisas de Acton. Tenend. et habend. libere et quiete sibi et heredibȝ suis imppetuum ꝑ quinque solidis argenti soluendis ad duos terminos, scil. duos solidos et sex denarios ad pascham, et duos solidos et sex denarios ad Pentecosten, ꝑ omni seruicio et demanda. Predicti vero Willmus et Johannes capient meremium ad ipsas piscarias reparandas infra diuisas de Acton ubi Abbas sumit ad suam portionem reparandam. Prefati vero Willmus et Johannes concesserunt Abbati et conuentui affirmare stagnum molendini de Acton, super terram ecclesie proxime adiacente quantum eis necesse fuerit. Ita ut quicquid ambitum fossati sui includitur illis quietum et solutum remaneat. Terra vero arida et non inclusa predictis Willmo et Johanni et heredibȝ suis absq. calumpnia monachorum remanebit. In huius rei testimonium uterq. illorum presenti scripto sigillum suum apposuit. Hijs testibȝ, Galfrido de Dutton tunc temporis senesc., Hug. de

* The pedigree of the Waltons, as deduced from the Coucher Book, is as follows. Gilbert de Walton had two sons, William and John ; William, the eldest, married Matilda, and died ante 1263. He had a son, Alan, termed "dominus de Walton," A.D. 1263. Alan's son Thomas lived 1292. It is most probable that Idonea, the daughter and heiress of Thomas, married Simon de Merbury, and took the estate into that family.

Dutton, Galfr. filio Ade de Dutton, Gilberto de Lymme, Hugone capellano, Rad. Starky, Willo de Wall, Alano clerico, et alijs.

XV. *Carta Galfridi filij Ade de Dutton de stagno de Acton.*

SCIANT omnes tam presentes quam futuri quod ego Galfr. filius Ade de Dutton concessi et hac presenti carta confirmaui Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe affirmare stagnum suum terre mee de Waleton iuxta grangiam Actone contra caueas nanorum, et terram capiendam ad ipsum stagnum parandum infra easdem caueas, sicut gista aquarum iacebit, versus ubi terra proxima stagno fuerit ad molendinum suum faciendum super ipsum stagnum tam stagnum quam gistam aque et pisces si in stagno habuerint. Habend. et tenend. libere, et quiete, et pacifice, de me et heredibȝ meis imppetuum. Reddendo annuatim mihi et heredibȝ meis xij. denarios ad festum sancti Martini ꝑ omni seruicio et exactione ad me vel ad heredes meos inde ꝑtinente. Pro hac autem concessione dederunt mihi prefati monachi unam marcam argenti. Et ego et heredes mei hec omnia prescripta predictis monachis contra omnes homines quantum ad partem meam de Waleton ꝑtinet fideliter warantizabimus. Hijs testibȝ, Rogero priore de Norton,* dño T. de Orreby, Hug. juniore de Dutton, Gralam de Lostok, Ric. Starky, Willmo de Waleton, et multis aliis.

XVI. *Quietaclamatio eiusdem Galfridi filij Ade de Dutton de redditu* xij. *denariorum annuo pro stagno de Acton.*

SCIANT omnes presentes et futuri quod ego Galfr. filius Ad. de Dutton remisi et quietuclamaui de me et heredibȝ meis imppetuum Abbati et monachis Loci Benedicti de

* Roger was prior of Norton A.D. 1249 to 1261, et vide ante, p. 17.

Stanl. xij. denarios quos mihi psoluere solebant p stagno de Acton attachiato ad terram meam de Waleton. Concessi etiam eis et hac presenti carta mea confirmaui quod ipsum stagnum ita pmaneat affirmatum ad terram Willi de Waleton, sicut conuenit inter eos et sicut attachiatum fuit illa die qua eis hanc cartam feci. Hanc autem donationem et concessionem illis feci pro salute anime mee et antecessorum meorum et successorum meorum in puram et ppetuam elemosynam. Nichil inde mihi et heredibȝ meis retinens preter preces et orationes. Ego vero et heredes mei prescriptam donationem meam predictis Abbati et monachis fideliter tenebimus et warantizabimus. Hijs testibȝ, dño A.* priore de Norton, dño Alano senescallo, Gilberto de Limme, T. de Orreby, H. de Dutton, Willo clerico, Willmo de Waleton, et multis alijs.

XVII. *Carta Willielmi de Waleton de parte sua in molendino quod est inter Acton et Waleton.*

SCIANT omnes tam presentes quam futuri quod ego Willmus de Waleton dimisi et concessi et hac presenti carta confirmaui Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe totam partem meam in molendino quod est inter Acton et Waleton et aquam et gistam aque supra molendino et terram circumquaq. ex parte mea ad sedem molendini, et ad stagnum parandum et reparandum ubicunq. illis necessaria fuerit et proxima molendino illi liberam et quietam et solutam de me et heredibȝ meis imppetuum pro duabȝ marcis argenti quas mihi dederunt in initio de ingressu. Et dabunt p firma duos solidos annuatim ad duos terminos, scilicet, xij. denarios in natiuitatem sancti Johannis Bapte, et xij. denarios ad natalem dñi, p omni seruicio et exactione et portione ad me vel ad heredes meos de predicto molendino ptinente, tam pro gista aque quam pro terra

*Andrew, prior of Norton temp. Ric. Phyton, Justice of Chester, A.D. 1223–7.

capienda ad stagnum parandum et reparandum. Ita quod ego ꝑ multura mea primus post bladum quod in molendino vertitur bladum meum molere faciam. Ego autem et heredes mei hanc dimissionem et concessionem molendini cum ꝑtinentijs predictis prefatis Abbati et monachis contra omnes homines fideliter warantizabimus. Hijs testibꝫ, Hug. de Dutton tunc senescallo, Galfr. de Dutton fratre eius, T. de Orreby, Gilberto de Lymme, Ric. de Eston, W. de Deresb., Ricardo Starky, Waltero Moton, Alano clerico, et Ad. clerico, Eutropio de Milinton, Ad. de Stokton, Ad. de More, et toto Hundredo de Haleton.

### XVIII. *Carta Galfridi filij Hugonis de Dutton de stagno molendini de Acton.*

SCIANT omnes tam presentes quam futuri quod ego Galfr. filius Hugonis de Dutton concessi et hac presenti carta confirmaui Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe affirmare stagnum suum terre mee de Waleton iuxta grangiam Actone contra caueas nanorum, et terram capiendam ad ipsum stagnum parandum infra easdem caueas, sicut gista aque iacebit, ubi terra proxima stagno fuerit, ad molendinum suum faciendum super ipsum stagnum, tam stagnum quam gistam aque et pisces si in stagno habuerint. Habend. et tenend. libere, quiete, et pacifice, de me et heredibꝫ meis imppetuum. Reddendo annuatim mihi et heredibꝫ meis xij. denarios ad festum sancti Martini ꝑ omni seruicio et exactione ad me vel ad heredes meos inde ꝑtinente. Pro hac autem concessione dederunt mihi prefati monachi unam marcam argenti. Et ego et heredes mei hec omnia prescripta predictis monachis contra omnes homines, quantum ad partem meam de Waleton ꝑtinet, fideliter warantizabimus. Hijs testibꝫ, Rogero priore de Norton, dño T. de Orrehy, Hug. juniore de Dutton, Gralam de Lostok, Willmo de Waleton, et multis alijs.

XIX. *Quietaclamatio predicti Galfridi de Dutton de* xij. *denarijs que sibi reddebantur pro stagno molendini de Acton.*

SCIANT omnes presentes et futuri quod ego Galfr. filius Hugonis de Dutton remisi et quietuclamaui de me et heredibȝ meis imꝑpetuum Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanl. xij. denarios quos mihi ꝑsoluere solebat pro stagno de Acton attachiato ad terram meam de Waleton. Concessi etiam eis et hac presenti carta mea confirmaui quod ipsum stagnum ita ꝑmaneat affirmatum ad terram Willi hominis mei de Waleton, sicut conuenit inter eos, et sicut attachiatum fuit die illa qua eis hanc cartam feci. Hanc autem donationem et concessionem illis feci pro salute anime mee et antecessorum meorum et successorum meorum in puram et ꝑpetuam elemosynam. Nichil inde mihi vel heredibȝ meis retinens preter preces et orationes. Ego vero et heredes mei prescriptam donationem meam predictis Abbati et monachis fideliter tenebimus et warantizabimus. Hijs testibȝ, dño A. priore de Norton, dño W. de Dunyngton, dño Hug. decano, Alano clerico, Ricardo clerico qui hanc cartam scripsit, Henr. nepote senescalli, et multis alijs.

XX. *Carta Ricardi de Mascy de parte sua cuiusdam platee terre de Hurstebrok.*

OMNIBUS hominibȝ hoc presens scriptum visuris vel audituris, Ricardus de Mascy salutem in dño. Noueritis me dedisse et concessisse et hoc presenti scripto meo confirmasse dño Abbati de Stanl. et conuentui eiusdem Loci totam partem meam cuiusdam platee terre mee iuxta Hurstebrok. Incipiendo a capite noue fosse et sic sequendo fossatam usque le Holdebrok. Habend. et tenend. de me et heredibȝ meis predictus Abbas et predicti conuentus libere, et quiete, bene, et in pace, imꝑpetuum.

Et ego Ricardus et heredes mei dicto Abbati et predictis Conuentibȝ predictam partem meam predicte terre contra omnes homines et feminas imppetuum warantizabimus. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli mei impressione roboraui. Hijs testibȝ, Ricardo Starky, Ada de Acton, Alano de Waleton, Gilberto capellano de Waleton, Thoma de Hulle, Johanne clerico, et alijs.

XXI. *Carta Galfridi filij Galfridi de Dutton de parte sua cuiusdam platee terre iuxta Hurstebrok.*

OMNIBUS hominibȝ hoc presens scriptum visuris vel audituris, Galfridus filius Galfridi de Dutton salutem in dño. Noueritis me dedisse (*&c. ut in proximo scripto.*)

XXII. *Cyrographum concordie inter nos et Galfridum et Galfridum de Dutton.*

HEC est conuentio facta in curia de Halton inter dompnum Abbatem et conuentum Loci Benedicti de Stanlawe ex una parte, et dñum Galfridum filium Ade de Dutton et dñum Galfridum filium Galfridi de Dutton ex alia, super contentione inter eos exorta super diuisis et pasturis inter Acton et Walton, scilicet, quod terra, tempore conuentionis a dictis militibȝ Galfrido et Galfrido inclusa per certas diuisas et signa, eisdem quieta remanebit, Abbate et conuentu nullam communam infra clausuram illam habentibȝ. Abbas vero et conuentus includi facient decem acras de terra arabili proximiores terre sue de Acton super riuulum aque que currit inter Acton et Walton, et ad proprios usus et commodum suum conuertent. Ita quod homines de Walton nullam communam infra predictam clausuram habebunt. Residuum vero terre extra clausuras predictas usque ad fossatum monachorum, tam in bosco quam in pastura, in commune iacebit utrisque, scilicet, Abbati et suis, et dictis militibȝ

et suis, ad animalia eorum depascenda, et ad housebote et ad haybote capiend. prout quique necesse habuerint sine alterius contradictione. Abbas vero et conuentus nullum ius vel clameum ultra riuulum aque versus Walton exigere poterunt. Et ad hec omnia firmiter imppetuum inter Acton et Walton obseruanda, Abbas et conuentus p se et successorib; suis, dicti vero milites Galfridus et Galfridus p se et heredib; suis, presenti scripto ad modum cyrographi facto in curia de Halton sigilla sua apposuerunt. Hijs testib;, dño Joh. de Lascy comite Lincoln et constab. Cestrie, dño Ricardo de Draycote tunc Justic. Cestrie, dño Hamone de Mascy, dño Hug. de Dutton, dño Ric. Biron, Alano le Norreys tunc balliuo de Halton, et tota curia de Halton.

## XXIII. *Cyrographum concordie inter nos et Petrum de Dutton et Robertum le Mascy.*

INCIPIENTE anno dñi m° cc. octogesimo sexto, ita conuenit inter Petrum de Dutton et Robertum le Mascy,* dños inferioris Walton in Haltonshir, ex una parte, et religiosos viros Abbatem et conuentum Loci Benedicti de Stanlawe, ex altera, videlicet, quod predicti Petrus et Robertus omnino p se et heredib; suis seu assignatis remiserunt et quietuclamauerunt predictis viris religiosis omnes querelas quas habuerunt aduersus eos usque ad illud tempus de aqua inter duo molendina dictorum virorum religiosorum apud grangiam suam de Acton ducta extra cursum suum antiquum, et de quadam via siue chacea inter gardiuum siue ortum predicte grangie et antiquam clausuram inter dictum gardinum et Merse, ut dicebatur

* This was the eldest son and heir of Richard de Masci, iure uxoris, de Sale, and the grantee of all the lands in Nether Walton, from Geoffrey Dutton of Chedhill, in exchange for the manor of Ashley, which was conveyed to the Duttons. And Peter de Dutton was the grandson of Geoffrey de Dutton, ante p. 17. He assumed the name of Warburton, and was the ancestor of the present Warburtons of Arley.

obstructa, et de quodam paruo appropriamento facto a dictis viris religiosis extra portam predicte grangie de Acton versus predictam antiquam clausuram. Ita quod predicta aqua currat et iaceat imppetuum sicut fecit in huius scripti confectione. Et omnia alia prenominata, scilicet, gardinum siue ortus, antiqua clausura, et illud paruum appropriamentum, sine vendicatione alicuius commune, vie siue chacee, clausa predictis viris religiosis remaneant imppetuum in tanto ambitu et sicut clausura extiterunt et appropriata anno supradicto sine contradictione seu aliquo impedimento predictorum Petri et Roberti heredum et assignatorum suorum. Et ista omnia concesserunt predictis viris religiosis et successorib; suis, habend. imppetuum in puram et ppetuam elemosynam. Et ipsi et heredes sui dictum cursum aque, ut predictum est, et alia predicta, scilicet, gardinum siue ortum cum antiqua clausura, et illo paruo appropriamento, clausa omni tempore anni eisdem viris religiosis et successorib; suis contra omnes gentes warantizabunt imppetuum. In cuius rei testimonium partes huic scripto cyrographato sigilla sua apposuerunt. Testib;, dño Rogero priore de Norton, dñis Hugone de Dutton, Rogero de Douneville, militib;, magistro Henr. de Clayton, Henr. de Kychel, Nicho de Leycestr., Henr. le Norreys, Alano de Walton, et alijs.

## XXIV. *Cyrographum Matilde de Walton de tribus acris terre et dimidia in bosco de Walton.*

ANNO dñi m° cc° lx. tertio ad festum sancti Michaelis facta est hec conuentio inter dñum Abbatem et conuentum Loci Benedicti de Stanlawe ex una parte, et Matildam uxorem Willmi dñi de Waleton, quondam defuncti, ex altera parte, videlicet, quod dicta Matilda in plenaria viduitate sua dimisit ad firmam dictis Abbati et conuentui tres acras terre et dimidiam in bosco de Waleton, ptinentes ad dotem suam, iacentes infra illas assartas quas Alanus filius suus dimisit ad firmam predictis Abbati

et conuentui cum omnibȝ arboribȝ et lignis in dictis tribȝ acris terre et dimidia contentis ad commoda sua facienda. Tenend. et habend. de dicta Matilda et heredibȝ suis dictis Abbati et conuentui usq. ad terminum xxx. annorum subsequentium, libere, quiete, bene, et in pace. Reddendo inde annuatim predicte Matilde et heredibȝ suis de predictis Abbate et conuentu ꝑ unaquaque acra terre iiij[or] denarios argenti ad festum sancti Joh. Bapte ꝑ omni seruicio seculari, exactione, querela, vel demanda. Et sciendum est quod predicti Abbas et conuentus habebunt liberum introitum et exitum ad totam predictam terram sine contradictione predicte Matilde et heredum suorum et clausturam ad predictam terram sufficienter claudendam accipient tam extra predictam terram quam infra. Finito autem termino xxx. annorum, predicta terra dicte Matilde et heredibȝ suis sine contradictione predictorum Abbatis et conuentus quieta remanebit. Dicta vero Matilda et heredes sui predictam conuentionem predictis Abbati et conuentui usque ad dictum terminum contra omnes homines et feminas fideliter warantizabunt et defendent. Et ad maiorem securitatem roborandi utraque pars huic scripto in modo cyrographi confecto sigillum suum apposuit. Hijs testibȝ, dño T. de Dutton, Ric. de Eston, Ric. Starky, Willo de Hoch, Willo de Stretton, Thom. de Hurst, et alijs.

XXV. *Conuentio Alani de Waleton de tribus acris in bosco de Walton et de assarto iuxta Wodemylne.*

OMNIBUS Cristi fidelibȝ has literas visuris vel audituris, Alanus filius Willi dñi de Walton in Haletonshir, salutem in dño. Nouerit uniuersitas vestra me concessisse, dimisisse, et hoc presenti scripto confirmasse dño Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe plenarie totam conuentionem inter illos et Matildam matrem meam ꝑ scripta confecta de tribȝ acris terre et dimidia in bosco de Walton, ꝑtinentibȝ ad ipsam matrem meam,

nomine dotis, de assartis illis quas ipsi Abbas et conuentus de me tenent ad firmam in eodem bosco de Walton cum omnibȝ aisiamentis et commodis pretaxatis in predictis scriptis inter illos usque ad terminum xxx. annorum sicut in eisdem scriptis exaratum est. Sub hac autem eadem conuentione concessi eisdem Abbati et conuentui unam assartam ad caput stagni Wodemylne in girum, sicut frater Ric. de Lanaria inclusit, quam quidem assartam ipse frater Ric. tenuit de ipsa Matilda matre mea cum sufficienti claustura sumenda, et cum libero introitu et exitu ad illam sine impedimento usque ad predictum terminum xxx. annorum. Ita scilicet quod si Matilda mater mea infra dictum terminum in fata decesserit, ipsi dompnus Abbas et conuentus ipsas tres acras et dimidiam et dictam assartam cum ꝑtinentijs suis in sua conuentione scriptis, quiete, et in pace possidebunt sine ulla contradictione mei vel heredum meorum, usq. ad prefixum terminum plene completum. Reddendo inde annuatim mihi et heredibȝ meis post obitum matris mee ꝑ unaquaque acra terre iiij^or denarios argenti, et ꝑ predicta assarta viij. denarios ad festum sancti Joh. Bapte ꝑ omni seruicio et demanda. Completoque eodem termino eadem terra cum suis ꝑtinentijs mihi et heredibȝ meis libere remanebit et quieta sine contradictione dictorum Abbatis et conuentus. Preterea concessi eisdem dño Abbati et conuentui sumere marlam super terram meam ubicunque sibi viderint melius expedire, ad marlandas omnes assartas quas de me tenent in dicto bosco meo sine omni contradictione vel alicuius impedimento. Ego vero et heredes mei predictam concessionem dictis dño Abbati et conuentui usque ad predictum terminum contra omnes homines et feminas fideliter warantizabimus. Et ad inde securitatem habendam huic scripto sigillum meum apposui. Hijs testibȝ, dño Tho. de Dutton, Ric. de Aston, Ric. Starky, Willo de Hoch, Willo de Stocton, Thom. de le Hurst, et aliis.

XXVI. *Cyrographum Alani domini de Waleton de* vij. *acris terre in bosco de Waleton.*

ANNO dñi m° cc° lx. tertio ad festum sancti Joh. Bapte facta est hec conuentio inter dñum Abbatem et conuentum Loci Benedicti de Stanlawe ex una parte, et Alanum dñum de Waleton ex altera, videlicet, quod dictus dñus Alanus dimisit ad firmam predicto Abbati et conuentui septem acras terre in bosco de Waleton, scil. tres acras in uno assarto in illa parte bosci versus Acton iuxta diuisas predictorum Abbatis et conuentus, que appellatur le Bawes, et duas acras et dimidiam ex altera parte versus Walton in alio assarto. Ita quod unum spatium erit inter dicta assarta et unam acram et dimidiam ex altera parte bosci versus Grangiam de Acton iuxta molendinum predictorum Abbatis et conuentus extendentem versus viam regiam venientem de Weryngton cum omnibȝ arboribȝ et lignis in predictis septem acris terre contentis. Tenend. et habend. de dicto Alano et heredibȝ suis dictis Abbati et conuentui usque ad terminum xxx. annorum subsequentium, libere, quiete bene et in pace. Reddendo inde mihi annuatim predicto Alano et heredibȝ suis de predictis Abbate et conuentu pro unaquaque acra terre iiij^or^ denarios argenti ad festum sancti Joh. Bapte p̱ omni seruicio seculari, exactione, et querela, et demanda. Et sciendum est quod dicti Abbas et conuentus habebunt liberum introitum et exitum ad totam predictam terram sine contradictione predicti Alani et heredum suorum, et clausturam ad predictam terram sufficienter claudendam, tam extra predictam terram quam infra. ffinito autem termino xxx. annorum predicta terra predicto Alano et heredibȝ suis sine contradictione predictorum Abbatis et conuentus quieta remanebit. Dictus vero Alanus et heredes sui istam conuentionem dictis Abbati et conuentui usque ad dictum terminum contra omnes homines et feminas fideliter warantizabunt.

Et ad maiorem securitatem roborandam utraque pars habuit scripto in modo cyrographi confecto sigillum suum apposuit. Hijs testibȝ, (*ut supra.*)

XXVII. *Carta Alani de Walton de stagno de Wodemylne super terram de Walton.*

OMNIBUS Cristi fidelibȝ has literas visuris vel audituris, Alanus filius Willmi de Walton salutem in dño. Nouerit uniuersitas vestra me dedisse et concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et beate Marie et Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe in puram et ꝑpetuam elemosynam unam portionem terre mee in villa de Walton, illam, scilicet, terram, que iacet sub stagno molendini, quod dicitur Wodemylne de Acton, infra has diuisas, scilicet, ab exteriori parte de fflodeyete dicti stagni versus terram de Walton descendendo ꝑ rivulum qui currit de eodem fflodeyete usque veterem cursum illius aque. Tenend. et habend. de me et heredibȝ meis dictis Abbati et Conuentui bene, et in pace, libere, et quiete, sicut aliqua elemosyna liberius dari potest et teneri. Ita scilicet quod nec ego nec aliquis heredum meorum aliquid deinceps de illa terra exigere vel vendicare poterimus a dicto Abbate et conuentu, nisi preces et orationes. Ego vero et heredes mei dictam portionem terre sepedicto Abbati et conuentui contra omnes homines et feminas imppetuum warantizabimus. Et ut hec mea donatio et concessio rata pmaneat et inconcussa huic scripto sigillum meum apposui. Hijs testibȝ, Ad. de Acton, Hug. de Deresbur, Willo de Stocton, Willo de Hoch, Willo diacono de Stocton, et multis alijs.

XXVIII. *Compositio inter nos et dominos de Walton de diuisis inter grangiam de Acton et villam de Walton.*

HOC scriptum cyrographatum testatur, quod cum quondam inter Abbatem et conuentum Loci Benedicti de Stanlawe nunc de Whalleye, p villa sua de Acton, ex parte una, et dños et eorum tenentes, qui p tempore fuerint p diuersas vices de villa de Walton inferiori in Haltonshir ex altera super certis diuisis faciendis et habendis inter villas predictas, contentio pluries sit commota. Ac etiam inter easdem partes postea sit conuentum quod quedam portio more et pasture, que iacet inter quendam rivulum qui currit inter villas predictas et viam que ducit de grangia de Acton versus Mersee, et dicitur fossatum monachorum, in communi iaceret inter dños utriusque ville quoad animalia eorum pascenda, et housebold, et haybold, capienda in terra predicta, et omnia appruiamenta tam in terra arabili quam in aliis clausturis ex utraque parte facta vel clausa siue aliquo modo appropriata, sicut tunc fuerant ppetuo pmanerent, prout instrumentis inter partes predictas confectis plenius continetur. Tandem die veneris prox. post festum translationis beati Thome martyris anno dñi m° ccc° tertio inter Gregorium tunc Abbatem et conuentum Loci predicti de Whalleye et tenentes suos ex una parte, et dñum Petrum de Dutton et Robertum le Mascy, tunc dños de Walton inferiori, et eorum tenentes, ut predicitur, ex altera, ne inter successores aut heredes partium predictarum dissentio in posterum oriatur, sic conuenit, quod illud fossatum quod unum caput extendit versus austrum usque ad veterem clausturam ipsorum Abbatis et conuentus, scindens illam pasturam p medium, et aliud extendit versus Mersee, quatenus se extendit, certa, vera, firma, inter villas predictas imppetuum sit diuisa, quoad pasturam illam que prius inter partes iacet in communi. Ita quod tota illa terra, boscus, et pastura ex parte orientali eiusdem fossati ad villam de Walton

pmaneat imppetuum, et quod dicti Abbas et conuentus, et eorum successores seu tenentes nichil in predictis exigere poterint vel clamare. Terra, et mora, et boscus, vel pastura, ex parte occidentali eiusdem fossati ad villam de Acton imppetuum pertineant. Ita quod predicti Petrus et Robertus vel eorum heredes seu tenentes nichil in predictis exigere poterunt vel clamare. In cuius rei testimonium huic scripto cyrographato partes alternatim sigilla sua apposuerunt. Hijs testibȝ, dno Johe de Boydel, Willo de Hesketh tunc senescallo Haltone, Hug. de Dutton, Rico dño de Aston, Willo Daynel, Jacobo de Codyngton, Johe clerico, et alijs.

### XXIX. *Carta Willielmi Boidel de passagio in villa de Lacheford.*

OMNIBUS Cristi fidelibȝ has literas visuris vel audituris, Willmus le Boydel salutem in dño. Nouerit uniuersitas vestra me dedisse concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et beate Marie et Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe pro anima mea et animabȝ antecessorum et successorum meorum quietaclamantiam de passagio* in villa mea de Lacheford. Ita scilicet quod dicti Abbas et monachi imppetuum libere transibunt p dictam villam meam cum omnibȝ rebus que ad dictos monachos ptinent sine omnimoda exigentia dicti passagij, et sine omni impedimento mei et omnium heredum meorum. Pro hac autem concessione et quietaclamatione nec ego nec heredes mei aliquid de dictis Abbate et monachis deinceps exigere poterimus nisi preces et orationes. Ego vero predictus Willmus et heredes mei hanc donationem

---

* By charter of Randle Blundeville, earl of Chester, the passage of the river Mersey was granted about the reign of Richard I. to Hugh Boydell of Dodleston, lord of the manor. In 1308 John Boydell (great nephew of the grantor) granted to the friars heremites of the order of St. Austin at Warrington "liberum passagium per villam de Lacheford pro carectis suis quocunque titulo dictis."

nostram sepedictis Abbati et monachis contra omnes homines et feminas imppetuum warantizabimus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hijs testibȝ, dño Edmundo de Lascy comite Linc., dño Alano la Zuche tunc Justic. Cestrie, dño G. de Dutton, dño Henr. de Torbok, dño Thom. de Dutton, Hug. de Lymme, Rogero de Toft. et alijs.

XXX. *Compositio inter nos et priorem de Norton de decima del Moremersch.*

UNIUERSIS Cristi fidelibȝ ad quos presentes litere puenerint, ffrater Joh. prior sancte Marie de Norton et eiusdem Loci conuentus, ecclesiam parochialem de Roncore in pprios usus habentes ut rectores, salutem in dño. Nouerit uniuersitas vestra quod cum orta fuisset aliqualis materia questionis inter religiosos viros ffratrem Johannem Abbatem de Whalleye et eiusdem Loci conuentum ex parte una, et nos dictum Priorem et conuentum de Norton ex altera, super decima garbarum peruenientium de quadam platea terre in le Moremersch, illa videlicet, que iacet inter antiquum fossatum ex parte una, et aquam de Merse ex altera, infra limites parochie nostre predicte de Roncore, ita demum amicabiliter conquieuit, videlicet, quod nos predicti prior et conuentus consideratis priuulegijs dictorum religiosorum de Whalleye et alijs similiter circumstantijs et documentis, p bono pacis et concordie remisimus et quietuclamauimus omne ius nostrum et clameum, si quod habuimus, in predicta decima garbarum platee supradicte predictis Abbati et conuentui et eorum successoribȝ imppetuum p presentes. In cuius rei testimonium huic indenture sigilla nostra communia alternatim sunt apposita. Dat. Cestria die sabbati prox. ante festum sancti Andree apostoli anno dñi m° ccc° xx. secundo.

XXXI. *Quietaclamatio Henrici le Norreys de terra inter Acton et Deresbury.**

UNIUERSIS pateat ꝑ presentes quod ego Henr. le Norreys dñus de Deresbur, tactis sacrosanctis euangelijs et corporali prestito sacramento, iuraui et ꝑmisi tempore confectionis presentium Abbati et conuentui de Stanl. quod facerem dictis Religiosis quandocunque me super hoc conuenirent quietaclamantiam ꝑ me et heredibȝ meis secundum ordinationem prefatorum religiosorum de quadam platea terre continente acram et dimidiam que quondam iacebat in communi inter villam de Deresbur et grangiam de Acton, et quam dicti religiosi de consensu meo et voluntate frussauerunt, et mihi ꝑ resignatione iuris mei in eadem, si quod haberem, equum unum dederunt multo tempore iam elapso. Juraui et eisdem Religiosis quod facerem eis quietaclamationem secundum formam prefatam de iure et clameo meo et omnium meorum, si quod habere possemus, de tota terra ꝑtinente ad grangiam de Acton, que quondam esse dicebatur de feodo de Deresbur. Ita quod nec ego nec uxor aut heredes mei nec aliquis alius, iure aut nomine nostro, prefatos Religiosos super exactione vel vendicatione totius eiusdem terre aut partis de cetero vexare possimus vel inquietare impꝑetuum. Et ad ista stabilienda et firmanda ꝑ uxorem meam in com. Cestrie, si necesse fuerit, sumptibȝ meis ad voluntatem dictorum religiosorum fideliter laborabo et eadem efficaciter complebo. Preterea remisi dictis

---

* Daresbury is of the fee of the ancient barons of Halton. In 1291, Henry le Norreys was lord of Daresbury, which manor he had in right of Margery, his wife. The said Margery granted the manor of Daresbury to Alan, her son, and Mabil, daughter of Ralph de Merton, his wife, 7 Edward II., A.D. 1313. So in the feodary of Halton under Edward II. we read, "Alanus le Norreys tenet villam de Darebury, et villam de Walton superiori, pro medietate unius feodi militis." This Alan le Norreys had a son, called also Alan le Norreys; and Clementia, daughter and heir of Alan the son, married William, son and heir of John Danyers, or Daniell, of Daresbury. In which family it continues to this present 1666.—Ormerod, quoting Leycester, vol. i. p. 539.

religiosis monachis et conuersis omnes exactiones et querelas p quib; implacitaui eos in curia de Halton, et de amerciamentis si que dicti religiosi, p non apparencia, vel alias incurrerit occasione dictorum placitorum versus bailliuos dñi Comitis de mea pecunia eosdem acquietabo. Pro hijs autem quietaclamatione et aliis in hoc scripto contentis, et etiam p fideli auxilio et consilio meo in suis agendis ubique habendo dederunt mihi sepedicti religiosi duos boues et pullum unum. Ita quod si ego antequam prefata que pmisi compleuero in fata decedam, dicta animalia vel eorum pretium si maluerint, scilicet, duo marce, dictis religiosis restituentur. Ista omnia que pmissa sunt fideliter me facturum, sicut iuraui, pmitto, obligaui me dño Comiti Linc. in xx. solidis argenti ad opus castri sui de Halton, si in aliquo eorum defecero. Reseruata nichilominus ordinarijs animaduersione si contra iuramentum meum temptauero fraudulenter vel subdole machinare. In cuius rei testimonium sigillum meum presentib; est appensum. Hiis testib;, Alano, Roberto, Johanne les Norreys, fratrib; meis, Alano de Walton, Thoma filio eiusdem, Thom. de Hulle, Thom. de Appleton et alijs. Actum apud Stanlawe in vigil. beatorum martyrum ffabiani et Sebastiani, anno dñi m° cc° nonagesimo secundo.

## XXXII. *Inquisitio de diuisis factis inter villam de More et grangiam de Acton.**

MEMORANDUM quod in plena curia de Halton tenta apud Acton Grange die sabbati prox. ante festum sancti Andree apostoli anno regni Regis E. tertij a conquestu secundo, coram dño Galfrido de Werburton, Gilberto del Twis sen. de Halton, et Sym del Hurst ibidem receptore, p preceptum

* The following grant from Henry, earl of Lancaster, relating to the boundaries between Acton Grange and More, is taken from the fly-leaf at the end of the chartulary :

Omnibus ad quos presens scriptum indentatum peruenerit, Henricus Comes Lancastrie, Derby, Leycestr., et Lyncoln, ac senescallus Anglie salutem. Noueritis

dñi Willi de Clynton, capta fuit inquisitio ad faciend. metas et diuisas inter villam de More et Acton Grange, p Gilbertum de Lymme, Robertum de Mascy de Sale, Thom. de Ayners, Rogerum de Toft, Ran. Starky de Berthynton, Ran. Starky de Stretton, Willmum de

---

quod cum nuper contentio quedam mota fuisset inter dominum Willmum de Clynton, comitem Huntyngdon, et tenentes suos de More infra dominium de Halton in com. Cestrie, quod quidem dominium idem dominus Willmus ex concessione domini Regis tunc tenebat, ex parte una, et dilectos nobis in Cristo Abbatem et conuentum de Whalleye ac tenentes suos de villa de Acton infra dominium supradictum et eundem comitatum ex parte altera, super diuisis et bundis inter villas predictas, circa quam etiam conuentionem secundum consuetudinem curie dominij de Halton predicti iudicialiter terminandam, certe bunde seu diuise inter villas predictas de More et de Acton per inquisitionem duodecim liberorum et legalium hominum de mandato domini Regis ad hoc iuratorum fuerant assignate per fossas ibidem hac de causa tunc levatas. Nos Henricus Comes predictus, ad securitatem perpetuam et quietem dictorum Abbatis et conuentus et successorum suorum predictas diuisas pro nobis et heredibus nostris inter prefatas villas per fossas, ut premittitur, assignatas ratificamus approbamus, et stabiliter confirmamus. Totum insuper ius et clameum que habuimus vel habere poterimus quouis modo in toto solo versus dictam villam de Acton, sicut prefate fosse se extendunt dictis Abbati et conuentui et eorum successoribus remittimus, relaxamus, et de nobis et heredibus nostris imperpetuum quietuclamamus. Ita quod nec nos nec heredes nostri in predictis diuisis nec in solo vel in aliqua parte soli ex parte dictarum diuisarum seu fossarum versus dictam villam de Acton, calumpniam, ius, vel clameum aliquid apponere possimus vel exigere nec aliqualiter vendicare, sed inde penitus excludi volumus per presentes. Volumus etiam et concedimus pro nobis et heredibus nostris quod liceat dictis Abbati et conuentui et successoribus suis ad euidentiam earundem diuisarum cognitionem dictas fossas pro suo libito eleuare, et quoties eis videbitur reparare absque contradictione vel impedimento nostri vel heredum aut ministrorum nostrorum. Saluis nobis et heredibus nostris seruicijs et consuetudinibus de predicto solo, si que ad nos vel heredes nostros ibidem debeant pertinere. Et nos Henricus Comes predictus et heredes nostri prefatas diuisas cum solo ex parte dictarum diuisarum versus villam de Acton, ut premissum est, dictis Abbati et conuentui et eorum successoribus in forma predicta contra omnes gentes warantizabimus, acquietabimus, et imperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium nos Henricus Comes predictus parti huius scripti indentati penes prefatos Abbatem et conuentum remanenti sigillum nostrum apposuimus, dicti etiam Abbas et conuentus parti huius scripti indentati penes nos remanenti sigillum suum commune apposuerunt. Hijs testibus, Hugone de Berwyk, senescallo nostro, Galfrido de Werburton, Johanne de Legh, militibus, Thoma Danyers, Thoma de Dutton, Roberto de Pull, Johanne de Caryngton, et alijs. Dat. apud manerium nostrum de Sauueye iuxta Lond. xx. die ffebruar. anno regni Regis Edwardi tertij a conquestu xxv° regni vero sui ffrancie xij°

Litellegh, Johannem de Hallum, Willmum de Morethwayth, Rog. del Dounes, Johannem de Bexton, et Hug. de Northcotes, qui in presentia dictorum dñi Galfridi, Gilberti, Symonis, et Ade de Ouerton clerici dñi W. de Clynton ibidem existentis, super sacramentum predictorum iuratorum fecerunt bundas, metas, et diuisas inter villam de More et Acton cum suis ptinentijs ac membris, prout ibidem facte sunt et limitate. In cuius rei testimonium omnes existentes in predicta inquisitione sigilla sua apposuerunt. Dat. apud Acton Grange die et anno supradicto.

## XXXIII. *Carta Willielmi Pincerne de quietaclamatione thelonei et de quodam burgagio in Weryngton.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Willielmus Pincerna* dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Abbati et monachis et fratrib; Loci Benedicti de Stanlawe

* The early pedigree of the Butlers of Warrington is obscure, and the authorities on which it rests are scanty. It is generally supposed that the Butlers of Warrington and of Rawcliffe are connected, and descend from the great family of Butler, latinized into Pincerna, of Ireland, which the interlacing of their tenures renders highly probable; but the editor has not been able to meet with satisfactory evidence of the connecting links. The first of the family of whom we find authentic record in Lancashire was

I. Herveus, named in Testa de Nevil as father of Hervey Walter, and there stated to have given to "Orm. fr. Magni cum filia sua Aliz. in maritag. iiij. caruc' terre in Routheclive et in Thistelton et in Grenhele." His son,

II. Herveus Walter, married Matilda daughter of Theobald de Valoniis, coheir with her sister Bertha, the wife of Ranulph de Glanvill, justiciary of England. He was father of
Theobald,
Hubert, who became archbishop of Canterbury A.D. 1193,
and, according to Dugdale, of
Walter,
Roger,
Hamo.*

* Warinus Bussel dedit Hamoni pincernæ in libero maritagio cum filia sua duas carucatas terræ in Hoton et in Echelliston. Kuerden says that William, son of Hamo, had Ethelston, and that Adam fil. Ric. fil. Hamonis had Hotton, and was ancestor of the Hoghtons of Hoghton Tower.

omnimodam quietantiam de tolneo in villa mea de Weryngton de omnibȝ rebus vendendis et emendis ad proprios usus eorum, et quoddam burgagium liberum in eadem villa ad hospitandum cum necesse habuerunt, et ad res suas ibidem recolligendas et conseruandas. Hec omnia dedi eis libere et quiete, tenenda et habenda in

---

He did service in Ireland, A.D. 1169, and had lands there. He was succeeded by his son,

III. Theobald Walter, who had the office and title of Le Botiller or Pincerna Hiberniæ. In the 1st of Richard I. he had a confirmation of all Amounderness, and was sheriff of Lancashire from 6 Ric. to 1 John. He is recorded to have founded the abbeys of Arklow, Wrothenay, and of Nenagh, in Ireland, and he endowed the abbey of Cockersand in Lancashire with Pilling, "pro salute anime Ranulphi de Glanvil carissimi mei, et Huberti Cantuarensis archiepiscopi, fratris mei, et anime Hervei Walteri patris mei et Matilde de Wal' matris mee." He married Maude, daughter of Robert le Vavasour, and by her (who afterwards married Fulke fitz Warine) had a daughter, Maude, and a son,

IV. Theobald Walter, Butler of Ireland, who was a minor at his father's death, which occurred before 19 Feb. 7 John, (1206). His wardship was first granted to Reginald de Pontibus to be married to his daughter, but in the 3rd of Henry III. Geoffrey de Mariscis, justice of Ireland, became his guardian. He had livery of his lands 6 Henry III., (1222,) being of full age the previous year. By his first marriage he was father to Theobold, who succeeded as Butler of Ireland.

He married afterwards, by express desire of the king, (Rot. claus. 9 Henry III.,) the great heiress, Roesia de Verdon, and their issue bore the mother's name. He died 14 Henry III., 1230.

V. Theobald le Botiller, his eldest son, married Margeria, said to be daughter of Richard de Burgh, to whom he had been in wardship. That she survived him appears by a deed quoted by Dodsworth. He died 33 H. III. A.D. 1249.

Extenta facta die Mercurij in festo sancti Mathei apostoli anno xxxiij. de terra Theobaldi le Butiler per Hug. de Mitton, Gilb. de Meeles, Willmum de Prees, Thom. de Laton, Willm. de Merton, Ric. de Thorinton, Rog. de Staynole, Ad. de Stalmyn, Alex. de Etheleswyck, Rob. de Geyrestang, Rob. de Eccleston, et Rob. de Warthebrec, jur. qui dicunt quod Theobaldus le Buteler tenuit in Witheton tres carucatas, videl. xij. bovatas in dominicis, et xij. bovatas in villenagio, et quelibet bovata valet per annum vj. sol. et ij. denar. Molendinum valet per annum iiij. marcas et dimid. gardinum cum cortina vij. solidos. Terra de Swartebrec valet xxvij. solidos. Idem T. tenuit unam caruc' terre in Mithop et valet per annum iiij. marc. et dimid. Idem T. tenuit tres caruc. terre in Merton cum Lynholm et valet per annum viij. libr. Quedam terra pertinens ad

puram et ppetuam elemosinam p salute anime mee et uxoris mee et antecessorum et successorum meorum. Ego vero et heredes mei hanc donationem predictis Abbati, monachis, et fratribȝ contra omnes homines imppetuum manutenebimus et fideliter warantizabimus. Hijs testibȝ, Willmo Blundel, Jacobo persona de Weryngton, Alano

---

Witheton que vocatur Quinscaldisherthe valet per annum iij. solidos. Quedam parua platea valet iij. denar. per ann. Idem T. tenuit unam caruc. terre in Grenole in seruicio militis, preter unam bovatam, que valet viij. sol. per annum. Idem T. tenuit unam caruc' terre in Thistelton in seruicio militis, et valet per annum in redditibus viij. den. Terra de Bretekirke et Moulebree reddit per annum iiij. solidos. Terra de Haskescoc reddit j. libram cyminis. Idem. T tenuit tres caruc' terre in Treuoles, et valet in omnibus per annum viij. libras, xiiij. sol. et vij. den., terra de Quarlovs et de Rasak valet in omnibus per annum ix. libr. Idem T. tenuit duas carucatas terre in Routhecliue, unde xv. bouate terre valent per annum cvj solidos et iij. denarios. Et una bouate facit sectam ad comitatum et wapentachium domini Regis. Molendinum valet vij. solidos per annum. Quedam mora valet dimidiam marcam per annum. Mariscus valet per annum xij. denarios. Idem T. tenuit unam bovatam in Staynole, et valet duos solidos et sex denarios per annum in omnibus. Idem T. tenuit duas caruc. terre in seruicio militis in Media Routhecliue, unde nichil capit per annum.

At the same time John de Thornul was found to hold in capite de D'no Theobaldo le Botiler in villa p'd'c'a de Routheclive ij. caruc. t're in s'vic. militar' &c.

In the extent of the lands of Theobald in Norfolk it is found, "quod heres predicti Theobaldi est de etate sex annorum." That heir was

VI. Theobaldus Walter Pincerna Hibernie, whose wardship was granted to John fitz Geoffrey, justice of Ireland, 21st January, 35 Henry III., 1251. Johanna, his wife, (who survived him) was daughter to his guardian, and coheir to her brother, Richard fitz John. By her he had issue,

Theobald,
Edmund,
Nicholas, elected archbishop of Dublin 35 Edward I.

His death took place at Arklow Castle, 14 Edward I., 1286, when he was succeeded by his son,

VII. Theobald, Butler of Ireland, who was of age 18 Edward I. He was custos of Ireland, and summoned to parliament at Westminster in the octave of St. Hilary, 20th January, 8 Edward II., 1315; but dying without issue before 1st September, 1315, he was succeeded by his brother Edmund, thereupon created earl of Carrick, who died in 1321, and was followed by James, his son, the second earl of Carrick and first earl of Ormond.

de Rixton, Jurdano clerico, Simone de Liddeyate, Roberto de Sanesbery, Ada de Norbreck, dño Symone capellano tunc presente et alijs.

---

*The Butlers of Warrington.*

I. William Pincerna, or le Botiller, of whose parentage we have not exact evidence, appears to have been a minor at the decease of his father, probably inter 1170 and 1183, while Ralph fitz Bernard was sheriff of Lancashire. From Testa de Nevil and other records it appears that his wife was Ada de Furneys, and that besides possessions in Lancashire he had Crophill Botiller, in Nottinghamshire, which was given in marriage with his sister Albreda to one Thurstan, she being afterwards married to Walter de Stanton. William le Botiller of Lancashire was one of the knights with King John in Ireland. Dying about 18 Henry III., he was succeeded by his son Almeric. He had also a son William, who, 20 Henry III., had certain periods assigned to him for payment of the loan made to his father in Ireland in the late reign. — Rot. Fin.

II. Amauricus Pincerna filius et heres Willielmi Pincerna 20 Nov. 18 Hen. III. A.D. 1233, finem fecit cum Rege per 30 lib. pro relevio suo de sex feodis militum quæ prædictus Willielmus tenuit de Rege in capite. Soon after this he died, leaving his heir a minor, for in 1235 it appears that W., earl of Ferrers gave 100 lib. pro habenda custodia terræ et hæredum Amaurici Le Butiller una cum maritagio eorundem. According to the Lancashire pedigrees, Almeric married Beatrice, daughter and heir of Matthew de Villers, baron of Warrington, and had issue,

Guarine, ob. s.p.

William, who succeeded.

Richard, from whom the descent of the Butlers of Rawcliffe is traced. v. p. 422.

Edith, who married Richard le Molyneux.

Testa de Nevil mentions Alina, widow of Almeric Pincerna, as holding, with Walter de Stanton, a knight's fee in Crophul.

III. William le Botiller* married Dionysia, and had a son,

IV. Henry le Botiller. They were both alive 9 Edward I., v. p. 423.

V. William le Botiller, baron of Warrington, (probably the son of Henry,) was summoned to parliament 25 and 27 Edward I., and died before 33 Edward I., leaving a widow, Sibilla, and a son,

---

* A charter of 41 Henry III. for a market and fair in Laton, and one of 5 Edward I. for a market and fair in Weryngton, and for free warren in his demesne lands in Sankey, Penketh, Warrington, and Laton, granted to William Le Botiller, were produced by him in a quo warranto, 20 Edward I. Unde per has cartas clamat ipse habere predicta mercatum et feriam et emend. assise panis et cerevisie fracte tanquam annexa et pertinentes ad predicta mercatum et feriam in manerijs predictis &c. Clamat etiam wreccu. maris in Laton et furcas in Weryngton &c.

XXXIV. *Quietaclamatio Henrici Ruyl de predicto burgagio in Weryngton.*

UNIUERSIS ad quos litere iste puenerint, Henricus filius Roberti Ruyll de Weryngton salutem in dño. Noueritis me dedisse concessisse et p me et heredibȝ meis omnino quietuclamasse Deo et beate Marie et Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe totum ius et clameum quod habui vel aliquo modo habere potui in quodam burgagio in villa de Weryngton cum ptinentijs quod pater meus quondam tenuit de dictis Abbate et conuentu. Ita quod nec ego nec aliquis heredum meorum nec aliquis p me vel p me aliquid iuris vel clamei in dicto burgagio de cetero poterimus vendicare. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hijs testibȝ, dño Henrico de Lee, Magistro Roberto de Walton, Willmo filio Radulphi, Willmo filio Payn, Ada fabro, Roberto capellano, et alijs.

---

EXPLICIT TITULUS SEPTIMUS DE ACTON, LACHEFORD, ET WERYNGTON, IN QUO SUNT XXXIIIJ. SCRIPTA SIGILLATA. SCRIPTUM VERO QUOD FECIT RIC. DE ESTON JOHANNI DE CAMERA DE TERRA IN ACTON SUB SIGILLO SUO NON POTUIT INUENIRI.

---

VI. William Le Botiller, who died about 1380. His wife's name was Elizabeth, and their issue were, Richard, who died s.p., and

VII. John le Botiller, who eventually succeeded as baron of Warrington, having livery of his lands in 1380, 4 Ric. II., and marrying Alice, daughter of Sir William Plumpton. In 44 Edward III. he was in the expedition to Gascony, in the retinue of John, duke of Lancaster. He was wounded and made prisoner at the siege of Roche Perion, and was afterwards rescued by Sir Walter Manny.—See *Froissart.*

## Titulus octauus de Steyninges etc.

I. & II. *Carta, duplex, Johannis de Lascy de donatione de Steyninge sub duobus sigillis paruo et magno.*

SCIANT omnes tam presentes quam futuri quod ego Johannes de Lascy, constab. Cestrie, dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et beate Marie et Abbati et monachis meis Loci Benedicti de Stanlawe villam de Steyninges* cum omnibȝ ꝑtinentijs suis in villa, in agro, in viis, in semitis, in pratis, in pascuis, in aquis, in molendinis, et in omnibȝ aisiamentis, que ibi sunt vel fieri possunt, ꝑ salute anime mee, et ꝑ anima dñi patris mei et antecessorum et heredum meorum, libere et quiete. Tenend. et possidend. in puram et ꝑpetuam elemosynam sine omni seruicio seculari et exactione ad me vel heredes meos ꝑtinente. ffacientibȝ ipsis monachis forense seruicium quod ꝑtinet ad predictam

* Steyninges is a hamlet in the parish of Poulton in the Fylde, forming, with the hamlets of Hardhorn and Newton, the township of Hardhorn with Newton. It is difficult so say how Steyninges became thus obscured; for it seems clear that originally the whole district was known by that name. In *Domesday* we find it named with the modern surrounding townships, and no mention is made of either of the other two hamlets. "In Agemundrenesse—Lidun, ij. car: Mereton, vj. car: Latun, vj. car: Staininghe, vj. car: Carlentun, vj. car: Biscopeham, viij. car: Poltun, ij. car: Singleton, vj. car." And though the other hamlets are named in the feodary of the tenants of Lancaster, taken A.D. 1313, they are so as subordinate to Steyninges. The entry is, "Abbas de Whalleye tenet maner' de Stayninge cum Horden et Newton per homag' et servit' v. s. per annum per Ward' castri Lancastr' unius feodi militis et fac' sect' ad com' et wapont."

villam ad dñum Regem. Ego autem et heredes mei hanc elemosinam meam predictis monachis meis de Stanlawe contra omnes homines imppetuum defendemus et fideliter warantizabimus. Hijs testibȝ, Gilberto de Notton tunc senescallo, Willo de Beumont, Iuone Harwecurt, Henr. de Longocampo, magistro Rogero medico, Rob. de Stapelton camerario, Waltero Moton, Alano de Meles, et multis alijs.

III. *Condonatio Johannis de Lascy de firma de Steyninges.*

IOHANNES de Lascy, constab. Cestrie, Abbati sancte Marie de Stanlawe et eiusdem Loci conuentui eternam in dño salutem. Nouerit fraternitas vestra me diuine caritatis intuitu et ꝑ salute anime mee, patris mei, et antecessorum meorum, omnino vobis condonasse imppetuum totam firmam de Steyninges. Valete in dño.

IV. *Carta Willielmi monachi, et Thome de Bello monte, facta Johanni de Lascy de Steyninges, cum duobus sigillis.*

WILLMUS monachus, et T. de Bellomonte nepos suus et heres suus, omnibȝ successoribȝ suis et heredibȝ omnibȝ que hominibȝ suis et amicis tam futuris quam presentibȝ salutem. Sciatis ꝑ certo quod concessimus Johanni constab. Cestrie, Stanynggas totam villam, iure hereditario et in dñico suo, et non solum sibi sed et heredibȝ suis villam illam solutam, et quietam, et liberam, sine omni acclamatione heredum nostrorum et nostrum. Et hoc totum fecimus ꝑpter xv. marcas argenti, quas nobis dedit, et ꝑpter xxx. solidos quas annuatim accipere debemus ad festum sancti Joh. Teste, Henr. priore qui hanc cartam fecit, Rogero filio Alredi, et Johanne fratre suo, Reginaldo presbitero de Peritona, et Willo magno, Ric. filio Iuonis, Willo fil. Elie, et Noresio, et Rado, et Wydone, et Rob. de Crokeston, et Rog. Burdon, Willo Pyngernun, et ceteris multis. Valete.

### V. *Carta Cecilie de Laton de marisco.*

CUM contentio facta fuit inter dñum Abbatem de Stanlawe ex una parte, et Ceciliam de Laton ex altera, facta est concordia sub hac forma, quod dicta Cecilia remisit et concessit dicto Abbati de Stanlawe et monachis eiusdem Loci, in propria viduitute sua totum mariscum inter fossatum et certam terram de Steyninges sicut fossatum incipit ad magnam Maram usque ad Mattaynsmure. Ita quod dictum fossatum semper sit stabile diuisum inter Stayninges et paruam Laton. In cuius rei testimonium dicta Cecilia ꝑ se et heredibȝ suis huic scripto sigillum suum apposuit. Hijs testibȝ, dño Willmo de Karleton, Willmo de Syngelton, Alano filio suo, Ricardo de Thornton, Willmo de Merton, Aumerico de Lekamton, et alijs.

### VI. *Quietaclamatio Cecilie de Laton de medietate marisci.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Cecilia de Laton remisi et concessi Deo et beate Marie de Stanlawe et monachis ibidem Deo seruientibȝ in ꝑpria viduitate mea medietatem marisci inter Mattainsmure et diuisas parue Karleton, sicuti fossatum factum fuit tempore Gilberti viri mei. Habendam et tenendam dictis monachis libere et quiete. Ita quod ego Cecilia et heredes mei nullum iuris clameum in predicto marisco de cetero exigere poterimus. In cuius rei testimonium huic scripto sigillum meum ꝑ me et heredibȝ meis apposui. Hijs testibȝ, (*ut supra.*)

### VII. *Compositio inter nos et Willmum le Boteler* de marisco inter Stayninges et magnam Laton.*

CUM contentio mota fuit inter Abbatem Loci Benedicti de Stanlawe et monachos eiusdem Loci ex una parte, et dñum Willmum le Boteler, videlicet, de marisco inter Steyninges

* See ante, p. 417.

ninges et paruam Laton remaneat. In cuius rei testimonium partes presenti scripto sigilla sua alternatim apposuerunt. Hijs testib3, dño Willmo de Carleton, Willmo de Syngelton, Alano filio eius, Ric. de Thorneton, Willmo de Prees, Willmo de Merton, et alijs.

### IX. *Carta Theobaldi de aqua extrahenda de mara de Merton.*

UNIUERSIS sancte matris ecclesie filijs ad quos presens scriptum pueuerit, Theobaldus Walteri Pincerna* Hibernie salutem. Noueritis me diuini amoris obtentu, et p salute anime mee et p animab3 antecessorum et successorum meorum dedisse concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et beate Marie et Abbati et monachis de Stanlawe, quod dicti Abbas et monachi appropriant maram meam de Merton, et faciant stagnum, et ducant aquam dicte mare usque ad molendinum suum de Steyning, sicut fuit die quo ipsum claudi fecimus et obtrudi. Habend. et tenend. in puram et ppetuam elemosynam. Ita tamen quod piscis meus dicte mare non exeat nec depereat per dictam appropriationem et dictum stagnum. Et ut hec mea donatio, concessio, et confirmatio rate et inconcusse pmaneant, presentem paginam sigilli mei impressione roboraui. Hijs testib3, Petro de Buryngeh, Hug. Purcell, Willmo filio Hugonis, Ricardo de Salesbur, Jacobo de Birkya, Roberto de Lathom, Hamone Noch, Joh. de Hakeford clerico, qui hanc cartam scripsit, et multis alijs.

---

John, alive 20 Henry VI.
Robert, and
Elizabeth, who, about 1402, had a dispensation to enable her to marry Richard le Botiller de Kirkland, related to her in the fourth degree of consanguinity.

The arms borne by the Butlers of Rawcliffe were a chevron between three covered cups. In the coat of Butler of Merton the chevron was charged with three estoiles of six points. The crest of the latter family (which was afterwards used by the Crofts of Dalton, who quartered their arms) was a man kneeling on one knee, and presenting with the right hand a covered cup. On seals of the Rawcliffe Butlers a covered cup appears to be used as a crest.

* See ante, p. 417.

X. *Confirmatio prioris Lancastrie* de decimis de Steyninges.*

OMNIBUS hoc scriptum visuris vel audituris frater W. de Reio, dictus Prior Lancastrie, eternam in dño salutem. Nouerit uniuersitas vestra nos, communi assensu et consensu monachorum nostrorum, concessisse Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe omnes decimas garbarum infra diuisas de Steyninges et de Hordern ꝑcipiendas ꝑ x. marcis argenti annuatim nobis et ecclesie nostre apud Lancastria a predictis Abbate et conuentu de Stanlawe ad duos anni terminos imꝑpetuum ꝑsoluendis, videlicet, quinque marce ad festum sancti Martini in hyeme et quinque marce ad Pentecosten ꝑsoluentur. Saluis nobis et successorib; nostris omnib; decimis omnium tenentium predictorum Abbatis et conuentus et etiam eorum secularium seruientium ad altaragium ecclesie nostre de Pulton spectantib;. Si autem contingat dictos Abbatem et conuentum de Stanlawe ad aliquem terminum in posterum in solutione deficere, vice qualibet dimidia marca nomine pene fabrice ecclesie sancti Petri Ebor. ꝑsoluent. Ad hec vero firmiter et plenarie obseruanda subiecerunt se predicti Abbas et conuentus de Stanlawe potestati et iurisdictioni dñi Archidiaconi Richem, qui pro tempore fuerit, ut eos poterit sine strepitu iudiciali, et iuris ordine non obseruato, tam ad debitum principale quam ad penam commissam auctoritate sua compellere. Et insuper renunciauerunt omni iuris auxilio canonici et ciuilis, priuilegio clericatus, et fori consuetudini et statuto, actionib; de dolo et infactum, et etiam exceptioni non numerate atque

* The priory of Lancaster was founded by Roger Pictavensis, A.D. 1094, and endowed with the church of St. Mary's, Lancaster, and other possessions, amongst which were "Pultonam et quicquid ad eam pertinet et ecclesiam, cum una carucata terre." It was granted to the Benedictine Abbey of St. Martin, at Sees in Normandy, and was suppressed as an alien priory, 2 Henry V., and assigned to the Abbess and convent of Syon in Middlesex.

non tradite sibi pecunie, et maxime regie prohibitioni, et omnib; priuilegijs impetratis et impetrandis, et omnib; alijs exceptionib; que poterunt obiti contra instrumentum vel factum. In cuius rei testimonium altera pars alterius scripto in modo cyrographi inter eos confecto sigillum suum apposuit.

### XI. *Confirmatio Abbatis de Seys de decimis de Steyninges.*

OMNIBUS Cristi fidelib; presentes litere puenerint, Johannes, miseratione diuina, Abbas sancti Martini Sagiensis et eiusdem Loci conuentus salutem in dño sempiternam. Noueritis nos, assensu et concordi voluntate, concessisse dño Abbati de Stanlawe et eiusdem Loci conuentui decimas garbarum de Steyninges infra limites parochie nostre de Pulton ad prioratum Lancastrie spectantes, secundum formam in scripto inter dictum Abbatem et dilectum in Cristo fratrem nostrum priorem Lancastrie facto contentam. Quicquid autem prefatus Prior fecerit in premissis nos et successores nostri ratum habebimus et acceptum. In cuius rei testimonium presentib; literis sigilla nostra apposuimus. Valete. Dat. apud Sagien vij Id. Julij anno dñi, m. cc. lx. secundo.

### XII. *Confirmatio Henrici archidiaconi Richemundie de decimis de Steyninges.*

OMNIBUS ad quos presentes litere puenerint, Henr. Archid. Richem. salutem in dño. Nouerit uniuersitas vestra quod nos literas inter Priorem et monachos Lancastrie et Abbatem et conuentum Loci Benedicti de Stanlawe confectas, necnon literas Abbatis et conuentus Sagiensis super literis ipsis approbatorias et confirmatorias, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua sui parte vitiatas, sub sigillis integris inspeximus in hec verba. Omnib; hoc scriptum (*&c. omnia ut supra ex alia parte usque ad*

*illud, anno domini* m. cc. lxij.) Nos igiter, literis seu instrumentis ipsis diligenter inspectis et examinatis, omnia in ipsis qualitercunque contenta ratificamus, approbamus, et auctoritate ordinaria imppetuum caritatis intuitu quantum ad nos attinet confirmamus, iure archidiaconali et Ebor. ecclesie in omnibȝ semper saluo. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibȝ est appensum. Data London vj kalend Maij anno dñi m. cc. lxxx. sexto.

### XIII. *Confirmatio Prioris Lancastrie de decimis de Steyninges.*

NOUERINT uniuersi presens scriptum inspecturi, quod controuersia, que vertebatur inter monasterium Loci Benedicti de Stanlawe et ecclesiam sancte Marie de Lanc. super decimis, obuentionibȝ, et quibȝdam alijs de Steyninges et de Hordern, viris pitis mediantibȝ, hoc modo sopita sit, scil. monasterium de Stanlawe, p bono pacis, et p omnimodis decimis et euentibȝ de Steyninges et de Hordern ad portionem Prioris de Lanc. die huius compositionis spectantibȝ, psoluet ecclesie de Lanc. v. marcas argenti singulis annis imppetuum ad duos terminos, scilicet, ij marcas argenti et dimidiam ad festum sancti Martini in hyeme, et ij marcas et dimidiam ad Pentec. Si autem contigerit quod terre ille ab hominibȝ secularibȝ inhabitentur, ut prius, omnino cesset ista pactio, et homines illi decimas et obuentiones debitas ecclesie de Pulton psoluant ut prius. Ad hec vero fideliter et ppetuo ab utraque ecclesia obseruenda Abbas et conuentus Loci Benedicti de Stanlawe et Prior de Lanc. habens plenitudinem potestatis a dño Abbate de Seys, cum consensu fratrum suorum presenti scripto ad modum cyrographi facto sigilla sua apposuerunt. Ita tamen quod si dictus Abbas de Stanlawe infra quindenam post terminos statutos in solutione defecerit dimidiam marcam argenti nomine pene priori Lanc. exsoluet. ffacta est ista conuentio anno gratie m° cc° xxx° quarto ad festum Pentecosten.

XIV. *Item alia confirmatio prioris Lancastrie de decimis de Steyninges.*

OMNIBUS sancte matris ecclesie filijs presentes litere inspecturis vel audituris, ffrater Willmus, humilis prior Lancastrie, salutem. Noueritis nos unanimi assensu monachorum nostrorum concessisse dño Abbati Loci Benedicti de Stanlawe et eiusdem Loci humili conuentui omnes decimas nostras de tribꝫ partibꝫ garbarum infra omnes diuisas grangie de Steyninges ecclesie nostre de Pulton spectantes. Habendas et tenendas de nobis toto tempore nostro. Reddendo nobis et procuratoribꝫ nostris annuatim c. solidos sterlingorum ad duos anni terminos, scilicet, ad festum sancti Martini in hyeme, l. solidos, et ad Pentec. l. solidos, sine omni cauillatione et malo ingenio, sub pena c. solidorum ecclesie beati Petri Ebor. soluendorum si commissa fuerit. Et ut ista concessio nostro tempore stabilis ꝑmaneat, presentibꝫ literis patentibꝫ sigillum nostrum apposuimus. Dat anno dñi m° cc° quinquagesimo primo, apud Lanc. die translationis beati Martini, mense Julij.

XV. *Confirmatio Prioris Lancastrie de cantaria de Steyninges.*

UNIUERSIS sancte matris ecclesie filijs has presentes literas visuris vel audituris, ffrater Garnerus dictus Prior Lancastrie, salutem eternam in dño. Nouerit uniuersitas nos omnibꝫ diebꝫ vite nostre gratam et ratam habere compositionem factam inter dñum Abbatem et conuentum de Stanlawe ex una parte, et dñum Galfridum priorem Lancastrie predecessorem nostrum, sup̄ medietate decimarum garbarum infra diuisas grangie de Steyninges, medietati ecclesie nostre de Pulton spectante. Ita quod nunquam in vita nostra dicto Abbati et conuentui super dicta medietate decimarum molestiam inferemus vel grauamen. Cantariam etiam capelle

sue infra grangiam suam de Steyninges quam predictus Galfridus predecessor noster eis concessit, sine detrimento ecclesie de Pulton in vita nostra dicto Abbati et conuentui benigne concedimus. In huius rei testimonium presentib; literis sigillum nostrum dignum duximus apponere. Valete in dño.

XVI. *Carta Alexandri persone medietatis ecclesie de Pulton de concessione cantarie de Steyninges.*

UNIUERSIS sancte matris ecclesie filijs ad quos presens scriptum ꝑuenerit, Alex. de Stanford, rector medietatis ecclesie de Pulton salutem. Nouerit uniuersitas vestra me videntem benignitatem periter et honestatem dñi Karoli Abbatis Loci Benedicti de Stanlawe et eiusdem Loci humilis conuentus, eorum tedijs et laborib; parcere volens, dictis Abbati et conuentui de Stanlawe, quantum ad me ptinet, concessisse ut omnib; secularib; exclusis cantariam suam habeant in oratorio suo infra grangiam suam de Steyning, que est sita infra limites parochie nostre de Pulton, cum illuc venerint, et ibidem sibi et suis conuersis diuina pcipiant. Saluis in omnib; decimis, oblationib; et obuentionib;, matrici ecclesie de Pulton iure communi debitis. Dicti vero Abbas et conuentus de Stanlawe matricem ecclesiam de Pulton de se et suis ꝑ posse seruabunt illesam. Et si lesio p se vel causa suorum ecclesie de Pulton protractum temporis quod absit euenerit, extunc dicti Abbas et conuentus in iam dicta grangia a diuinis omnino cessabunt, donec de dampnis et lesionib; mihi et monachis Lancastrie et psonis dicte ecclesie de Pulton, qui ꝑ tempore fuerunt ad plenum satisfecerint. In huius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui.

XVII. *Cyrographum concordie inter nos et priorem Lancastrie de diuersis querelis.*

CUM contentio mota fuisset inter dñum Gregorium Abbatem Loci Benedicti de Stanlawe ex parte una, et fratrem Joh. Priorem Lancastrie ex altera, super quibusdam certis articulis bladi asportatis, et alijs iniurijs eidem Abbati, ut asserit, illatis, dictus Prior in contrarium asserebat quod nichil asportauit de blado ipsius Abbatis nec asportare fecit nisi tamen modo decimam bladi cuiusdam campi in parua Karleton, qui campus solebat esse pratum, et quolibet anno soluebatur decima feni eiusdem prati ecclesie de Pulton, nec aliquas iniurias intulit nec inferri precepit. Tandem in hunc modum lis inter eos amicabiliter conquieuit, videlicet, quod bladum eiusdem campi de parua Karleton, de quo orta fuit contentio inter eos anno regni Regis Edwardi xix. et decima de anno regni Regis Edwardi xx. ponetur de communi assensu eorundem in loco certo, ubi prefatus Abbas et Prior manus non apponent, nec aliquis alius nomine eorundem quosque discussum fuerit ꝑ ꝑitos infra festum sancti Martini vel citra penes quas eadem decima de iure debeat remanere. De bladis siquidem asportatis et alijs iniurijs eidem Abbati et hominibꝫ suis illatis, ut dicitur, ita ordinatum fuit, quod inquiratur bene et fideliter ꝑ vicinos. Et si inuentum fuerit ita esse iniuriatores facient sufficientes emendas de premissis, et de hoc predictus Prior manucepit. Similiter de pastura communi inter villas de Steyninges et de Pulton ita conuenit, quod prefatus prior ꝑ se, et quantum in se est, prefatam pasturam ꝑ visum legalium hominum utrumque eligendorum equaliter diuidet inter villas predictas de Steyninges et de Pulton, quantum de iure ad utramque villam debeat pertinere, et breuia dñi regis super hijs impetrata predictus Prior sumptibꝫ suis retrahet. Siquis autem eorundem hanc formam pacis et concordie obseruare renuerit, teneatur in xl. solidis sterlingorum in subsidium

terre sancte. Data apud Lancastriam in vigilia sancti Jacobi apostoli anno regni Regis Edwardi xx. Justiciarijs tunc ibidem Itinerantibȝ, scilicet, dñis Hug. de Cressingham, et sociis eius. In cuius rei testimonium altera pars alterius scripto cyrographato sigillum suum apposuit. Hijs testibȝ, Thoma de Syngelton, magistro Henr. de Clayton, Joh. le Gentyl, Amarico de Thorneton, Amarico de Norbrek, Henrico de Karleton, Willmo de Karleton, et alijs.

XVIII. *Submissio Abbatis et conuentus de Whalleye, quondam de Stanlawe, et Prioris et monachorum beate Marie de Lancastria super diuersis querelis et contentionibus habitis inter eos super decimis de Steyninges, decreto et ordinationi magistri Roberti de Pikeryng tunc officiali curie Eboracensis.*

IN Dei nomine, Amen. Uniuersis tenore presentium innotescat, quod cum inter nos priorem et monachos beate Marie Lancastrie, ecclesiam parochialem de Pulton in nostros ꝓprios usus habentes, super decimis garbarum ꝓuenientium de terris quas tenentes Abbatis et Conuentus, tunc de Whalleye, quondam Loci Benedicti de Stanlawe, excolebant et excolunt in campis de Steyninges, de Hordern, et de Neuton, infra parochiam dicte ecclesie existentibȝ, quas ad nos Priorem et monachos predictos, ratione prefate ecclesie de Pulton de iure communi asserimus ꝑtinere ex parte una, ac inter nos Abbatem et Conuentum nunc de Whalleye quondam Loci Benedicti de Stanlawe qui decimas predictas, ratione cuiusdam concessionis ꝑpetue dictorum Prioris et monachorum et confirmationis Abbatis et Conuentus beati Martini Sagiensis, et etiam confirmationis subsecute ꝑ Archidiaconum Richemundie loci ordinarium pretendebamus ad nos legitime ꝑtinere, ex altera, primo coram offic. dñi Archidiaconi Richemundie, et postmodo coram dño offic. Curie Eboracensis, causa eadem ab audientia predicti officialis Richemundie ad Ebor. curiam legitime deuoluta, questio fuisset mota et ꝑ quampluries annos cum

meditationibȝ anxijs, fatigationibȝ laboriosis, ac grandibȝ expensarum oneribȝ ventilata, tandem de consilio communium amicorum nostrorum ad ipsum qui auctor est pacis et amatorum ut animarum nostrarum precaueatur ꝑiculis et vitentur litium anifractus recursum ꝑinde habentes, necnon ad delectabile bonum pacis et quietis ꝑuenire optantes, super dictis decimis garbarum et omnibȝ alijs ꝑuenientibȝ et ꝑuenturis de quibȝcunque terris, videlicet, predictorum Abbatis et Conuentus nunc de Whalleye quondam Loci Benedicti de Stanlawe, infra diuisas de Steyninges, de Hordern, et de Neuton, memorate ecclesie de Pulton decimabilibȝ, tam nunc cultis quam redigendis in posterum ad culturam, necnon super dampnis et expensis habitis, ut permittitur, hinc inde et factis, ex certa scientia totaliter, specialiter, expresse concorditer et bona fide, et sine aliquo scrupulo, alte et basse, pure et absolute, reali ordinationi, arbitratui, diffinitioni, amicabili compositioni, decreto, statuto, dicto, precepto, et laudo dñi. Offic. Curie Ebor. de expresso consensu nostro spontaneo, non vi, non dolo, nec metu inducti. Nos Prior, tam nomine nostro quam ꝑcuratorio pro Abbate et Conuentu sancti Martini Sagij, Nosque monachi Lancastrie, atque nos Abbas et Conuentus, nunc de Whalleye quondam Loci Benedicti de Stanlawe predicti, ꝑ nobis et successoribȝ nostris uniuersis et singulis, ac ꝑ iure et utilitate ecclesie de Pulton, et monasteriorum nostrorum, tenore presentium supponimus nos, submittimus et subjicimus. Ita quod liceat eidem dño officiali estimanti apud se iura nostra, et scrutanti nichilominus vota nostra in omnibȝ predictis et circa ea, necnon quibȝcunque alijs tangentibȝ predicta, de plano absque strepitis iudicij, alte et basse, realiter ordinare, arbitrari, diffinire, vel amicabiliter componere, decernere, statuere, laudare, dicere, percipere, reseruare, compellere, et exsequi ꝑ omnia sicut ad pacem et quietem nostram et successorum nostrorum utramque ppetuam illabatam firmam et stabilem iustius aut equius, honestius, aut securius putauerit faciend. Cuius ordinationem realem, arbitratum, diffinitionem, vel amicabilem compositionem,

decretum, aut statutum, seu dictum, laudum, vel preceptum, quodcunque tam contra nos et successores nostros, quam ꝑ nobis et successoribȝ nostris hinc inde in omnibȝ et singulis supradictis, Nos Prior et Abbas ꝑsonaliter ꝑ nos, Nosque monachi beate Marie Lancastrie ꝑ Michem de Kendal, et nos Conuentus nunc de Whalleye quondam Loci Benedicti de Stanlawe ꝑ ffratrem Omfredum Comonachum nostrum ꝓcuratores nostros ad iurand. in animas nostras speciale mandatum habentes, iuramentis corporalibȝ tactis sacro sanctis euangelijs prestitis, ꝑ nobis et successoribȝ nostris uniuersis et singulis ꝓmittimus fideliter obseruare et impꝑpetuum adimplere. Renunciantes specialiter et expresse ꝑ sacra predicta omnibȝ ꝓcessibȝ suꝑ premissis vel aliquibȝ premissorum hinc inde habitis, necnon omnibȝ exceptionibȝ, defensionibȝ, cauillationibȝ, appellationibȝ, supplicationibȝ, interpositis vel interponendis, specialiter omni restitutioni in integrum et iuri si quod sit quo cauetur non posse restitutioni in integrum renunciari. Ac etiam literis impetratis vel impetrandis in maiori forma vel minori que communiter nominantur ea que de bonis et etiam recisioni contractus et suppletioni ratione deceptionis ultra dimidium iusti precij, necnon omnibȝ alijs impetratis vel impetrandis in quacunque curia ecclesiastica vel seculari, omnique alij iuris remedio, ꝑ quam forsan posset vel possent aliquis vel aliqui nostrum contra ea vel eorum aliquod que dictus dñus Officialis duxerit realiter ordinand., arbitrand., diffiniend., decernend., vel amicabiliter componend., statuend., dicend. vel laudand., ꝑcipiend., compellend., vel exequend., super predictis de iure communi vel speciali, quouis modo venire. In quorum omnium testimonium nos Prior ꝑ nobis et monachis nostris, ac nos Abbas ꝑ nobis et conuentu nostro presentibȝ nostra fecimus appendi sigilla et ad fidem pleniorem sigillum officialitatis curie Eboracensis ꝓcurauimus apponi. Data Ebor. vij. Idus Nouembr. anno gratia mº ccº nonag. octauo.

XIX. *Ordinatio et decretum magistri Roberti de Pikeryng tunc Officialis curie Eboracensis super submissione dicti Prioris Lancastrie et nostra super contentionibus et querelis de omnimodis decimis de Steyninges.*

IN Dei nomine, Amen. Ad ppetuam memoriam subscriptorum inter bona cetera que hominem amicabilem pximo et placidum Deo reddunt, illud specialiter acceptum esse creditur, quod caritatem cordibȝ inserit et animarum vinculum parit. Hoc inquam est pax et concordia, que pcul depellunt odium, rancorem et liuorem excutiunt, mentes parant, corda conciliant, seruant pectora, et uniunt voluntates. Hee siquidem a Cristo amplectende sunt fidelibȝ, hee habent et debent precipue inter religiosos, Dei omnipotentis seruos, vigere continue, ut in se ipsis dilectionis et pacis fructum salutarem in pprijs degustent commodis, et aliis ipsius dulcedinem obundant salubriter p exemplum. Sane religiosi viri Prior et monachi Lancastrie ecclesiam parochialem de Pulton in Amondernesse in usus pprios habentes, Prior videlicet, tam nomine pprio quam pcuratorio p Abbate et conuentu beati Martini Sagij, ex parte una, ac Abbas et conuentus Loci Benedicti de Stanlawe nunc ob Loci mutationem de Whalleye appellati, ex altera. Bona que ex pace et concordia pueniunt intime attendentes, ac pacis suauitate gaudere cupientes, super questione inter eos mota super decimis garbarum puenietium de terris quas tenentes dictorum Abbatis et conuentus Loci Benedicti de Stanlawe excolebant et excolunt in campis de Hordern, de Steyninges, et de Neuton, infra parochiam memorate ecclesie de Pulton existentibȝ, atque super quibusdam aliis nostris Offic. curie Eboracensis reali ordinationi, arbitratui, diffinitioni, amicabili compositioni, decreto, statuto, dicto, precepto, et laudo, se supponere, submittere, et subjicere curauerunt, put in literis suppositionum, submissionum, et subiectionum, inde confectis plenius continetur,

sigillis partium et nostro roboratis. Nos igiter Officialis predictus qui finem imponere litibȝ affectamus, sed precipue inter religiosos quorum quietem ut diuinis liberius vacent, officijs affectuose appetimus, hijs suppositionibȝ, submissionibȝ et subiectionibȝ receptis, in nos benigne, et estimantibȝ apud nos iura utriusque partis, scrutatis etiam ꝑ nos voluntatibȝ et votis partium predictarum, presentibȝ quoque priore Lancastrie et Abbate de Stanlawe predictis ꝑsonaliter, monachis vero Lancastrie ꝑ Michaelem de Kendale, et conuentum de Stanlawe siue de Whalleye ꝑ fratrem Omfredum eorum comonachum ꝓcuratores suos, ac tam ipsis priore et Abbate quam ꝓcuratoribȝ antedictis ad realem ordinationem, arbitratum, diffinitionem, amicabilem compositionem, decretum, statutum, dictum, preceptum, vel laudum audiend. coram nobis specialiter constitutis, ad laudem saluatoris nostri, qui discipulis suis pacem suam dedit, pacem reliquit, et gloriose virginis matris eius, sicut realis ordinator, arbitrator, diffinitor, siue amicabilis compositor, preceptor, et laudator ex virtute et forma suppositionum, submissionum, et subiectionum, partium ipsarum et omni modo atque iure quo melius possumus, viam ordinatoris, arbitratoris, diffinitoris, laudatoris, et amicabilis compositoris sequentes, realiter ordinamus, arbitramus, diffinimus, amicabiliter componimus, decernimus, statuimus, dicimus, precipimus, et laudamus, quod lite seu questione inter dictas partes mota, et ꝓcessibȝ hinc inde habitis omnino subductis, et dampnis et expensis habitis et factis mutuo compensatis, predicti Abbas et conuentus de Stanlawe siue de Whalleye ꝑcipiant imꝑpetuum omnes decimas maiores ꝓuenientes de quibȝcunque terris suis, tam nunc cultis quam in posterum ad culturam redigendis infra diuisas de Steyning, de Hordern, et de Neuton supradicte ecclesie de Pulton decimabilibȝ, siue dicte terre infra diusas predictas ꝑ eosdem Abbatem et conuentum, siue ꝑ eorum tenentes integraliter excolantur, siue pars earundem terrarum ꝑ iam dictos Abbatem et conuentum, pars vero alia terrarum harum infra memoratas diuisas per tenentes excolatur. De minoribȝ vero decimis

vel psonalibȝ et oblationibȝ quibscunque tenentium eorundem Abbatis et conuentus infra dictas diuisas seu secularium seruientium suorum infra easdem diuisas, ijdem Abbas et conuentus nichil omnino pcipient. Sed omnes he decime minores et psonales et oblationes quecunque dictorum tenentium et secularium seruientium ad supradictam ecclesiam de Pulton et ipsos Priorem et monachos vel vicarium ecclesie de Pulton ipsius nomine de cetero integraliter ptinebunt. Quodque dicti Abbas et conuentus Loci Benedicti de Stanlawe nunc de Whalleye appellati p predictis decimis maioribȝ ad eisdem, ut premittitur, pcipiend. memoratis priori et monachis Lancastrie vel suo pcuratori seu attornato ad recipiend. literatorie constituto vel et assignato, literam acquietantie de recepto vel soluto exhibenti, aut et facienti in ecclesia parochiali de Pulton decem et octo marcas soluant annis singulis imppetuum ad duos anni terminos, videlicet, nouem marcas ad festum sancti Martini in hyeme, et nouem marcas ad Pentec., quam solutionem ijdem Abbas et conuentus loco et terminis predictis fideliter absque fraude et cuiuslibet contradictionis diffugio facere teneantur. Et si forsan p taxationem iam factam, vel in posterum faciendam, solutio aliqua vel contributio aut quicquam aliud quocunque nomine censeatur, de bonis ecclesiasticis p quantitatem vel quotitatem qualemcunque de cetero exigatur, imponatur, aut p quemcunque superiorem, seu p clericum aliqualiter concedatur, memorati Prior et monachi p octo marcis tamen que eis de nouo accrescunt, et dicti Abbas et conuentus de residuo, nomine decimarum maiorum et p ipsis quas pcipient infra diuisas predictas, ut superius est expressum, agnoscent et debite respondebunt, toties quoties fieri id continget, tamen decem marce de xviij. marcis predictis inter bona ipsorum prioris et monachorum p taxationem iam factam in ecclesia de Pulton predicta taxate noscantur. Ad hec si dicti Abbas et conuentus ratione sequestri in predictis decimis maioribȝ ob culpam prioris et monachorum Lancastrie, vel prioris tamen p Ordinarium forsan in posterum imponendi, dampnum aliquod sustinuerint

vel iacturam, dictusque Prior, requisitus sufficienter, hoc sequestrum infra mensem a tempore requisitionis, relaxari minime ꝓcurauerit, ex tunc dictis Abbati et conuentui de iactura et de dampnis hijs iuramento partis dictorum Abbatis et conuentus declarandis toties quoties id contigerit ad dictum preceptum vel laudum Officialis curie Eboracensis, qui ꝑ tempore fuerit, competenter satisfacere teneatur. Si vero memorati Abbas et conuentus in solutione dictarum xviij. marcarum suis loco et terminis prenotatis vel aliquo termino cessauerint, ad solutionem dicte pecunie, et nihilominus ad expensas et dampna que pars prioris et monachorum ea occasione sustinuerit, et iuramento partis sue declarauerit, ꝑ Officialem supradictum, toties quoties cessari contigerit, compellatur. Item ordinamus, diffinimus, dicimus, precipimus, et laudamus, quod utraque pars sufficientem securitatem ꝑ instrumentum cyrographatum suis sigillis sigillatum nostro arbitrio moderand. si opus fuerit seu temporand. de premissis et subsequentibꝫ obseruandis et tenendis facere teneatur. Quodque pars utraque supradicta omnia inferiora omologet expresse, approbet, et confirmet. Item quod Prior Lancastrie confirmationem, appbationem, et ratificationem Abbatis et conuentus Sagij super ordinatione presenti de verbo ad verbum ꝓcuret citra festum Pentecosten, eamque dictis Abbati et conuentui de Stanlawe siue de Whalleye citra idem festum tradere teneatur. Item ordinamus, arbitramus, dicimus, et laudamus quod si quod absit dicti Prior et monachi vel sui successores aut dicti Abbas et conuentus Loci Benedicti de Stanlawe nunc Whalleye appellati seu successores sui contra premissa vel aliqua premissorum tacite vel expresse, directe vel indirecte, vel alias qualitercunque venerint in futurum, seu ea non obseruauerint aut non impleuerint quouis modo, liceat Officiali Eboracensi, qui pro tempore fuerit, parte contraueniente, non obseruante, vel non implente, ꝑ sententiam suspensionis, excommunicationis, et interdicti, et bonorum spiritualium sequestrationem compellere et cohercere, aut facere compelli et coherceri ad obseruationem omnium et singulorum premissorum tamen

siue per aliquem alterutrius partis obseruantis premissa constiterit, partem aliam contra premissa vel premissorum aliqua venire, seu ea, seu aliquod ex eis non seruasse, vel minime impleuisse. Quod quidem sacramentum a parte obseruante seu parente toties quoties alteruter partium non paruerit prestandum erit et recipiendum in presentia partis non parentis vel partis absentia. Ita scilicet si semel vocata non comparuerit quacumque alia cognitione minime requisita. Et nichilominus pars quecumque non parens tenebitur soluere fabrice ecclesie beati Petri Ebor. singulis vicib; unam marcam argenti quibus non paruerit supradictis articulis omnib; ratis et manentib; et in suo robore perpetuo valituris. Reseruata nobis et Officiali curie Eboracensis qui pro tempore fuerit, potestate plenaria interpretandi, declarandi, compellendi, exequendi semel et pluries et quoties placuerit et videbitur expedire. Item dicimus, ordinamus, precipimus, et laudamus quod utraque pars effectualiter pcuret, quam citius poterit, parte alterutera excitante, quod venerabilis pater Eboracensis Archiepiscopus, Anglie primas et capitulum Ebor. has ordinationem, arbitratum, diffinitionem, seu amicabilem compositionem, statuta, decreta, dicta, precepta, vel lauda nostra, ratificent et confirment. In quorum omnium testimonium et fidem sigillum nostri officij presentib; est appensum. Data Ebor. vj° Id. Nouembr. anno gratie m° cc° nonagesimo octauo.

## XX. *Cyrographatum inter Priorem Lancastrie et nos de decimis de Steyninges.*

NOUERINT uniuersi quod contentio mota esset inter ffratrem Johannem Priorem beate Marie Lanc. et eiusdem Loci comonachos ecclesiam parochialem de Pulton in pprios usus habentes super decimis garbarum puenientium de terris quas tenentes abbatis et conuentus nunc de Whalleye quondam Loci Benedicti de Stanlawe excolebant et excolunt in campis de Stey-

ninges, Hordern, et de Neuton, infra parochiam dicte ecclesie de Pulton existentibʒ quas dicti prior et monachi, ratione prefate ecclesie de Pulton, ad se de iure communi asseruerunt pertinere, ex parte una, ac inter predictos Abbatem et conuentum nunc de Whalleye quondam Loci Benedicti de Stanlawe qui decimas predictas, ratione cuiusdam concessionis ꝑpetue dictorum prioris et monachorum, et confirmationis Abbatis et conuentus beati Martini Sagij, ac etiam confirmationis subsecute ꝑ Archidiaconum Richemundie, loci ordinarium, pretendebant ad illos legitime pertinere, ex altera. Tandem de consilio communium amicorum ꝑ ordinationem magistri Roberti de Pikeryng, tunc temporis Officialis Ebor., cui partes totaliter et expresse se submiserunt, post multas altercationes predicta contentio sopita est in hunc modum. Videlicet quod dicti Abbas et conuentus nunc de Whalleye, quondam de Stanlawe ꝑcipient imꝑpetuum omnes decimas maiores ꝓuenientes de quibʒcunque terris suis, tam nunc cultis quam in posterum ad culturam redigendis, infra diuisas de Steyninges, de Hordern, et de Neuton, supradicte ecclesie de Pulton decimabilibʒ, siue dicte terre infra diuisas predictas ꝑ eosdem Abbatem et conuentum siue ꝑ eorum tenentes integraliter excolantur, siue pars earundem terrarum ꝑ iam dictos Abbatem et conuentum, pars vero alia terrarum harum infra memoratas diuisas ꝑtinentes excolatur. De minoribʒ vero decimis vel ꝑsonalibʒ et oblationibʒ quibʒcunque tenentium eorundem Abbatis et conuentus infra dictas diuisas, seu secularium seruientium suorum infra easdem diuisas, ijdem Abbas et conuentus nichil omnino ꝑcipient, sed omnes he decime minores et ꝑsonales et oblationes quecunque dictorum tenentium et secularium seruientium ad supradictam ecclesiam de Pulton et ipsos Priorem et monachos, vel vicarium ecclesie de Pulton ipsius nomine, de cetero integraliter ꝑtinebunt. Quodque dicti Abbas et conuentus nunc de Whalleye quondam de Stanlawe pro predictis decimis maioribʒ ab eisdem ut premittitur ꝑcipiend. memoratis priori et monachis Lancastrie vel suo certo attornato literam

acquietantie deferenti in ecclesia parochiali de Pulton decem et octo marcas soluant annis singulis imppetuum ad duos anni terminos, videlicet nouem marcas ad festum sancti Martini in hyeme, et nouem marcas ad Pentecosten. Quam solutionem ijdem Abbas et conuentus loco et terminis predictis fideliter et absque fraude et cuiuslibet contradictionis diffugio facere teneantur, sub pena unius marce fabrice ecclesie beati Petri Ebor. prestande singulis vicibȝ, quibȝ cessauerint in solutione antedicta. Et si forsan p taxationem iam factam vel in posterum faciendam solutio aliqua vel contributio, aut quicquam aliud quocunque nomine censeatur de bonis ecclesiasticis p quantitatem vel quotititatem qualemcunque de cetero exigatur, imponatur, aut per quemcunque superiorem seu clericum aliqualiter concedatur, memorati Prior et monachi p octo marcis tamen que de eis de nouo accrescunt, et dicti Abbas et conuentus de residuo, nomine decimarum maiorum et p ipsis quas pcipient infra diuisas predictas, ut superius est expressum, agnoscent et debita respondebunt, toties quoties id fieri continget, cum decem marce de xviij. marcis predictis inter bona ipsorum Prioris et monachorum p taxationem iam factam in ecclesia de Pulton predictam taxata noscantur. Ad hec si dicti Abbas et conuentus, ratione sequestri in predictis decimis maioribȝ prioris et monachorum Lancastrie vel prioris p ordinarium forsan imponend. dampnum aliquod sustinuerit vel iacturam, dictusque Prior requisitus sufficienter hoc sequestrum infra mensem a tempore requisitionis relaxari minime procurauerit, extunc dictis Abbati et conuentui de iactura et dampno hijs, iuramento partis dictorum Abbatis et conuentus declarando, toties quoties id contigerit, ad dictum vel laudum Officialis curie Ebor., qui p tempore fuerit, competenter satisfacere teneatur. Si vero memorati Abbas et conuentus in solutione dictarum xviij. marcarum, suis loco et terminis prenotatis vel aliquo termino, cessauerint, ad solutionem dicte pecunie et nichilominus ad expensas et dampna que pars Prioris et monachorum ea occasione sustinuerit, et iuramento partis sue declarauerit, p Officialem predic-

[redacted]



dum, toties quoties cessare contigerit, compellantur. Et ut hec conuentio predicta in omnibꝫ rata et inconcussa ex utraque parte ꝑmaneat, dicti Prior et monachi de Lancastria ꝑ se et successoribꝫ suis ex consensu Abbatis et conuentus beati Martini de Sagio, et predicti Abbas et conuentus, nunc de Whalleye quondam de Stanlawe, pro se et successoribꝫ suis, huic scripto in modo cyrographi confecto sigilla sua alternatim apposuerunt. Renunciantes utrique ꝑ sacramenta ab utraque parte corporaliter prestita omnibꝫ processibꝫ super premissis, vel aliquibꝫ premissorum hinc inde habitis, necnon omnibꝫ exceptionibꝫ, defensionibꝫ, cauillationibꝫ, appellationibꝫ, supplicationibꝫ, interpositis vel interponendis, et specialiter omni restitutioni in integrum et iuri, si quod sit quo caueter non posse restitutioni in integrum renunciari. Ac etiam literis impetratis vel impetrandis in quacunque curia ecclesiastica vel seculari, omnique alij iuris remedio per que forsan posset vel possent aliquis vel aliqui predictorum contra ea vel eorum aliquod que superius sunt expressa quouis modo venire. Dat. apud Lanc. viij. kaln. Martij anno dñi m° cc° nonagesimo octauo.

XXI. *Confirmatio Abbatis et conuentus sancti Martini de Sagio de decimis de Steyning, Hordern, et Neuton, in qua tria scripta proxime precedentia de verbo ad verbum plenarie continentur.*

UNIUERSIS hec visuris vel audituris, Abbas et conuentus monasterij sancti Martini Sagij eternam in dño salutem. Notum facimus nos recepisse et diligenter inspexisse literas nobis ex parte fratris Johannis prioris prioratus nostri de Lancastria Ebor. diocesis et comonachorum suorum directas et exhibitas nostris presentibꝫ literis hiis annexas. Nouerint uniuersi quod cum contentio mota esset (*&c. ut supra in scripto prox. precedente usque ad illud, Dat. apud Lanc.* viij° *kaln. Martij anno domini* m° cc° *nonag. octauo.*) Nos enim predicti Abbas et conuentus sancti

Martini scire volumus uniuersos, quod nos, fidem eisdem priori et suis comonachis predictis in hijs et alijs adhibentes, ea omnia que in eisdem annexis literis continentur rata et firma habemus, confirmamus, approbamus, et habere volumus in futurum ꝑpetui roboris firmitatem. In huiusque rei fidem et testimonium presentes literas sigillo nostri capituli dedimus sigillatas. Data apud Sagium de communi assensu Abbatis et conuentus predicti monasterij in vigil. sancti Laur. anno dñi mº ccº nonagesimo nono.

XXII. *Copia confirmationis archidiaconi Richemundie super decimis de Steyninges, sub sigillo domini Abbatis sancte Werburge Cestrie.*

UNIUERSIS hoc scriptum visuris vel audituris, S. dei gratia Abbas sancte Werburge Cestrie salutem in dño. Nouerit nos confirmationem domini Archidiaconi Richemundie factam dilectis nobis in Cristo Abbati et conuentui de Stanlawe inspexisse in hec verba. Omnibȝ ad quos presentes litere ꝑuenerint Henr. Archid. Richem. salutem in dño. Nouerit uniuersitas vestra (*&c. ut supra folio precedente, p. , in isto titulo octauo usque ad illud verbum, Data London* vj. *kaln. Maij anno domini* mº ccº *octogesimo sexto.*) Quia vero periculosum esset fratribȝ dicti monasterij de Stanlawe originale suum secum circumferre, ut eius transcripto indubitater credatur, nos predictus Abbas presentibȝ sigillum nostrum apposuimus. Data Cestria primo die Martii anno gratie mº ccº octogesimo sexto.

Et memorand. quod prior et monachi Lancastrie primo concesserunt Abbati et conuentui de Stanlawe ꝑ v. marcis decimas de Steyninges, Hordern, et Neuton ; postea auxerunt illas ad centum solidos ; deinde ad x. marcas ; postremo ad xviij. marcas; ut patet in scriptis in isto titulo superius contentis.

*Explicit de decimis de Steyninges.*

### XXIII. *Carta Henrici de Carleton de carra de Steyninges.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Henr. de Carleton filius Henrici concessi et spontanea voluntate mea ratificaui Deo et beate Marie de Stanlawe et Abbati et monachis ibidem Deo seruientibȝ participationem carre inter terram meam de parua Carleton et Steyninges, incipientis a diuisis parue Laton, et descendentis usque ad semitam inter Steyninge et paruam Carleton, sicuti fossatum se extendit a diuisis parue Laton usque ad semitam predictam. Ita quod dicti monachi facient fossatum sufficiens de septem pedibȝ ex latitudine et quatuor pedibȝ de profunditate. Et ut conuentio ista rata sit et inconcussa, ego Henr. huic scripto sigillum meum ꝑ me et heredibȝ meis apposui. Hijs testibȝ, dñis Willmo le Boteler, Willmo de Carleton, Ric. de Thorneton, Willo de Merton, Amarico de Lekampton, et alijs.

### XXIV. *Carta Ade de Merton de aqua extrahenda de magna Mara.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Ad. de Merton dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et beate Marie et Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe ibidem Deo seruientibȝ liberam facultatem trahendi aquam de magna mara,* quantum spectat ad heredes meos et me in puram et ꝑpetuam elemosynam. Nichil ex predicto Abbate et monachis exigens occasione dōnationis istius nisi elemosynas domus et orationes. Si vero me contigerit velle facere molendinum in villa mea de Merton, sine contradictione Abbatis et monachorum, illud ubi commodius iudicauero construam. Istam vero donationem concessi ꝑ salute anime mee et

* This was the great mere called Marton mere.

uxoris mee et antecessorum et successorum meorum. Et ne in futuris temporibȝ carta ista irrita fiat, ego et heredes mei istam donationem contra omnes homines et feminas warantizabimus. Ad huius rei securitatem presens scriptum sigillo meo consignaui. Hijs testibȝ, Willmo Blundell, dño Willmo milite de Carleton, Alano de Syngelton, Willo de Thorneton filio eius, Ricardo Blundel, Johe de Pulton, et alijs.

XXV. *Carta Roberti de Stokeport de tribus acris terre in parua Carleton.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Rob. de Stocport concessi et hoc presenti scripto meo confirmaui Deo et Abbati et conuentui domus de Stanlawe tres acras terre, illas scilicet, quas habent de Henrico de parua Carleton versus occidentalem partem illius ville. Ita, scilicet, quod ego R. nec heredes mei nullum ius seu clameum preter preces et orationes, in predictis tribȝ acris nunquam exigere vel vendicare poterimus. In cuius rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hijs testibȝ, Waltero de Carleton, Ric. de Thorneton, Thoma de Norcos, Amarico de Lekamton, et aliis.

XXVI. *Carta Henrici de Carleton de prato quod vocatur Elrekar.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Henr. fil. Henr. de Carleton dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et beate Marie et Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe ibidem Deo seruientibȝ unum pratum quod vocatur Elrekar in territorio parue Carleton. Incipiens, scilicet, ad fossatum Cecilie de parua Laton, ubi descendit in fossatum de Steyninges, et ꝑtendit in longitudine versus orientem usque le Blakelache iuxta le

Stokyngbrigie versus occidentem. Saluo predicto Henrico et heredib; suis cursu predicte aque secundum antiquam consuetudinem predicte aque usque ad molendinum predicti Henrici sine impedimento dictorum monachorum vel p aliquos eorundem. Habendum et tenendum dictis Abbati et monachis et eorum successorib; in puram et ppetuam elemosynam, ita libere sicut aliqua elemosyna liberius aut quietius dari potest. Ita quod nec ego Henricus nec heredes mei nec aliquis nomine meo de predicto prato infra predictas diuisas de cetero exigere possimus, nisi tamen preces et orationes. Et ego Henricus et heredes mei predictum pratum in omnib; et p omnia sicut predictum est predictis Abbati et monachis et eorum successorib; contra omnes homines et feminas warantizabimus et defendemus. In cuius rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hijs testib; dño Ricardo le Botiler, Willmo de Eccleston, Gilberto de Meles, Rob. de Prees, Ada de Pulton, Jac. de Pulton, Amarico de Lekampton, et aliis.

## XXVII. *Carta Henrici de Quityngton de terra in parua Carleton.*

SCIANT presentes et futuri quod ego H. de Quityngton dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et beate Marie Loci Benedicti de Stanlawe, et monachis ibidem Deo seruientib; in puram et ppetuam elemosynam unum toftum et tres acras terre mee in villa de parua Carleton, illas, scilicet, quas Willmus de Pulton, Rob. fossator, et Matilda vidua, quondam tenuerunt in australi parte dicte ville, et dictum toftum versus occidentem dicte terre, et una pars terre iacet inter terras de Kokersond, et alia pars iacet inter terram meam propriam et terram de Kokersond versus aquilonem. Habend. et tenend. dictis monachis vel eorum assignatis libere quiete et integre sicut aliqua elemosyna dari potest cum omnib; liberis communionib; et aisiamentis dicte ville ptinentib;, quantum

ptinet tante terre. Ita quod ego H. et heredes mei nichil a predicta terra de cetero exigere poterimus, nisi preces et orationes. Et ego Henricus et heredes mei predictam terram cum ptinentijs dictis monachis vel eorum assignatis contra omnes homines et feminas warantizabimus imppetuum acquietabimus et defendemus. Hiis testibꝫ, dñis Willmo Pincerna, Willmo de Carleton, Willmo de Syngelton, Alano fil. eius, Ricardo de Thorneton, Willmo de Merton, Amarico de Lekamton, et alijs.

XXVIII. *Carta Willmi de Merton de dimidia selione cum prato adiacente in Merton.*

OMNIBUS Cristi fidelibꝫ has literas visuris vel audituris, Willmus de Merton, filius Ade, filij Mathei, eternam in dño salutem. Sciatis me diuine caritatis intuitu et pietatis et p salute anime mee, antecessorum et successorum meorum, dedisse et hac mea presenti carta confirmasse Deo et sancte Marie Abbati et conuentui Benedicti Loci de Stanlawe in puram et ppetuam elemosynam unam dimidiam selionem terre cum ptinentijs in magna Merton et cum prato adiacente, scilicet, illam que se extendit de horreo dñi prioris Lancastrie usque ad le Redkar. Tenendam et habendam dictis dompnis Abbati et conuentui bene, libere, et quiete, sicut aliqua elemosyna liberius et quietius dari potest vel teneri. Et ego W. et heredes mei dictam terram cum prato et alijs suis ptinentijs dictis dompnis Abbati et conuentui contra omnes gentes imppetuum warantizabimus. In huius rei testimonium huic presenti scripto sigillum meum apposui p me et heredibꝫ meis. Hijs testibꝫ, Willmo de Syngelton, Henr. de Haydok, Amarico de Norbrek, Ric. de Thorneton, Ad. de Pulton, Jacobo de eadem, Henr. de Carleton, Waltero de eadem, Alano de Pulton clerico, et alijs.

XXIX. *Carta de dimidia bouata terre in villa de Merton, et de duabus acris, quas Willmus de Merton nobis dedit.*

OMNIBUS Cristi fidelibȝ has literas visuris vel audituris, Willmus dñus de Merton salutem in dño. Noueritis me dedisse, concessisse, et hac presenti carta confirmasse Deo et beate Marie et Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe in puram et ꝑpetuam elemosinam ꝑ salute anime mee et ꝑ animabȝ omnium antecessorum et successorum meorum unam dimidiam bouatam terre in magna Merton, illam, scilicet, quam Joh. Wyth ye fustes quondam tenuit cum uno mesuagio iacente proximo domui Ricardi Russel ex orientali parte in Suterdale, et cum duabȝ acris terre in eadem villa, una, scilicet, parte earum iacente in orientali parte de Suterdale, alia vero parte iacente in le Hallstude, duabȝ, quoque, residuis partibȝ illarum iacentibȝ ultra in Ketelisworth versus Laton, et cum uno selione terre super le Falyes extendente ab orientali parte usq. ad occidentalem, et cum duobȝ aliis selionibȝ terre super le Longelandes, extendentibȝ ab aquilonali parte versus australem, in quibȝ predictis locis continentur due acre terre et undecim falli. Tenend. et habend. de me et heredibȝ meis dictis Abbati et conuentui impꝑpetuum libere et quiete, bene, et in pace, sicut aliqua elemosyna liberius et quietius dari et concedi potest, saluo forinseco seruicio, cum omnibȝ ꝑtinentijs libertatibȝ et aisiamentis et communibȝ infra dictam villam et extra eidem ville ꝑtinentibȝ, in pascuis, pratis, et pasturis, in moris et mariscis, in aquis, et turbarijs, et in omnibȝ alijs locis ad villam eandem spectantibȝ. Preter hec etiam dedi et concessi eisdem dño Abbati et conuentui impꝑpetuum in communi pastura mea de eadem Merton adgistiamentum ad xx. vaccas et unum taurum cum sequelis eorum duorum annorum. Pro hac vero donatione mea et concessione nec ego nec aliquis heredum meorum, nec aliquis pro me vel pro heredibȝ meis aliquid exigere vel

vendicare seu extorquere poterimus de sepedictis Abbati et conuentui nisi preces et orationes. Ego autem et heredes mei hanc antedictam donationem meam in omnibȝ sicut pretaxatum est, ipsis Abbati et conuentui contra omnes homines fideliter warantizabimus, manutenebimus, et defendemus, imppetuum. Et ut hec mea donatio et concessio rata pmaneat et inconcussa, hoc scriptum sigilli mei munimine roborani. Hijs testibȝ, dño Willmo le Boteler, dño Ric. le Boteler tunc vic.* Lanc., dño R. de Bethom, Willo de Syngelton, Waltero de Carleton, Ada de Pulton, Henrico de Karleton, Jac. de Pulton, Miche de Merton, Ricardo filio meo et herede, et alijs.

### XXX. *Carta Willmi de Merton de mesuagio cum orto in Merton.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Willmus de Merton dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et beate Marie Loci Benedicti de Stanlawe et monachis ibidem Deo seruientibȝ in puram et ppetuam elemosynam unum edificium cum orto in villa de Merton p salute anime mee, patris, et matris mee, illud, scilicet, toftum quod Willmus fil. Ede quondam tenuit versus occidentem. Habend. et tenend. dictis monachis dicti Loci Benedicti de Stanlawe libere, et quiete, integre, cum omnibȝ communionibȝ, aisiamentis tante terre in predicta villa ptinentibȝ adeo libere sicut aliqua elemosyna dari potest. Et ego W. et heredes mei predictum edificium cum orto et ptinentijs contra omnes homines et feminas warantizabimus imppetuum dictis monachis et eorum successoribȝ. Hijs testib, dñis Willmo le Botiler, Willmo de Carleton,

* Neither the name of Richard le Botiler, nor that of J. de Cancefeld, who is stated as a witness to No. 33 post, are to be found in any of the lists of Sheriffs of the county. But there is a deficiency in the modern lists from 1249 to 1256, and another from 1263 to 1272, and therefore these two sheriffs may with great probability be placed within those dates.

Willmo de Syngelton, Ric. de Thorneton, Ada de Pulton, Jac. de Pulton, Americo de Lekamton, et alijs.

XXXI. *Quietaclamatio Margerie relicte Willmi de Merton de terris quas maritus eius nobis contulit.*

UNIUERSIS Cristi fidelibꝫ has literas visuris vel audituris, Margeria quondam uxor Willmi de Merton salutem in dño. Nouerit uniuersitas vestra me consensu et assensu Willmi de Kyrkeby mariti mei et spontanea voluntate mea concessisse et omnino quietuclamasse Abbati de Stanlawe et eiusdem Loci conuentui omne iũs et clameum quod habui vel habere potui in terra quam Willmus, quondam maritus meus, predictis Abbati et conuentui in villa de Merton vendidit. Ita scilicet quod nec ego nec heredes mei nec aliquis per me nomine dotis mee aliquod ius vel clameum in predicta terra de cetero vendicare vel exigere poterimus. Pro hac autem concessione et quietaclamatione dederunt mihi predictus Abbas et conuentus dimidiam marcam argenti tempore Justiciar. itinerantium apud Lancastriam anno dñi m° cc° lxx. primo. In cuius rei testimonium ad istam conuentionem fideliter obseruandam tactis sacrosanctis tam Willmus de Kyrkeby, maritus meus, quam ego huic scripto sigilla nostra apposuimus. Hijs testibꝫ, dño Radulpho* de Dacre tunc vicecomite Lancastrie, dño Henr. de Lee, Amarico de Lekampton, Ada de Pulton, Ric. de Merton, Jacobo de Pulton, et multis alijs.

* Randulph de Dacre was sheriff of Lancashire A.D. 1272.

XXXII. *Carta Ricardi filij Henrici de Merton de dimidia selione in campo de Merton.*

OMNIBUS sancte matris ecclesie filijs ad quos presens scriptum peruenerit. Ric. filius Henr. de Merton salutem eternam in dño. Nouerit uniuersitas vestra me consensu et consilio Margerie uxoris mee dedisse, concessisse, et hac presenti carta mea confirmasse, p salute animarum nostrarum et patrum et matrum nostrorum, Deo et beate Marie virgini et Abbati de Stanlawe et monachis ibidem seruientib;, unam dimidiam selionem terre in campo de Merton, illam, scilicet, dimidiam selionem que iacet inter terram Willmi de Merton et terram Americi filij Symonis de Thorneton in KeteleshoImwathwra. Tenendam et habendam dicto Abbati de Stanlawe et monachis eiusdem Loci de me et heredib; meis libere, quiete, pacifice, honorifice, sic vero libere sicut aliqua alia elemosyna potest vel potuit aut poterit dari et concedi. Ego vero predictus Ricardus et heredes mei predictam dimidiam selionem terre predicto Abbati de Stanlawe et monachis eiusdem Loci contra omnes homines et feminas imppetuum warantizabimus. Et ut hec mea donatio et confirmatio stabilis et rata preseruet presenti scripto sigillum meum apposui. Hijs testib;, Willo de Merton, Ricardo fratre suo, Amarico de Lekampton, Henrico de Carleton, Nicho Clerico, et multis alijs.

XXXIII. *Confirmatio Ricardi filij Willmi de Merton, de dono patris.*

UNIUERSIS Cristi fidelib; hoc scriptum visuris vel audituris, Ricardus filius Willmi de Merton eternam in dño salutem. Nouerit uniuersitas vestra me caritatis intuitu dimisisse, concessisse, et confirmasse dño Abbati de Stanlawe

et eiusdem Loci conuentui et eorum successorib; imppetuum dona que Willmus pater meus predictus eis fecit de dimidia bouata terre, cum uno mesuagio, et cum duab; acris terre, et cum communi pastura ad agistamentum ad xx. vaccas et unum taurum cum sequela eorum duorum annorum, et de dimidia selione cum prato adiacente, et de uno edificio cum orto in villa de Merton adeo libere, et pure, sicut in scriptis dicti Willmi patris mei que de predictis obtinent continetur. In cuius concessionis et confirmationis testimonium huic scripto ꝑ me et heredib; sigillum meum apposui. Hijs testib;, dño J. de Cancefeld tunc vicecomite Lancastrie, dño Henr. de Lee, dño Willo de Heton, dño Benedicto Garnet, Gilberto de Meles, et alijs.

XXXIV. *Scriptum Gilberti de Lancastria de* iiij. *solidis annui redditus pro dimidia bouata terre in Merton.*

OMNIBUS hoc scriptum visuris vel audituris, G. de Lanc. Clericus salutem in dño. Noueritis me teneri dño Abbati et conuentui de Stanlawe in quatuor solidis annuis reddendis ad Pentec. pro dimidia bouata terre quam de eis teneo ad terminum vite mee, secundum quod in scripto quod de eis inde obtineo inde continetur. Ita quod si in solutione firme predicte cessauero aliquo termino, vicecomes Lancastrie, si necesse fuerit, me distringat tam ꝑ firma predicta quam ꝑ pena iiij^or^ solidorum dño Comitatus Lancastrie soluendorum. Preterea sciatis me fide media teneri dictis dño Abbati et conuentui in auxilio et consilio in suis agendis in partib; Comitatus Lancastrie ubi me interesse contigerit fideliter exhibendo, et similiter in xx. solidis ad decessum meum dicte domui de Stanlawe exhibendis. In quorum omnium testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Dat apud Stanlawe die sabbati prox. post annunciationem beate virginis anno dñi m° cc° lxx. quinto.

XXXV. *Resignatio Gilberti clerici de Lancastria de dimidia bouata in Merton cum edificio et curtilagio in Merton.*

UNIUERSIS ad quos presens scriptum pueuerit, Gilbertus de Lanc. clericus salutem in dño. Noueritis me reddidisse, remisisse, et omnino a me et omnibȝ meis imppetuum quietuclamasse religiosis viris dño Abbati de Stanlawe et eiusdem Loci conuentui dimidiam bouatam terre cum domo et curtilagio que de eis ad terminum vite tenui in villa de magna Merton in Amondernesse. Ita quod ego aut aliquis ex parte mea in predictis terra, domo, et curtilagio nichil iuris aut clamei de cetero exigere poterimus. In cuius redditionis testimonium hoc scriptum eisdem Abbati et conuentui signo meo patenti fieri feci signatum. Hijs testibȝ, Gilberto de Clifton* vicecomite Lancastrie, Willmo de Carleton, Thom. de Syngelton, Rob. de Prees, Henrico de Carleton, Ric. le Boteler, et alijs.

XXXVI. *Litera Isabelle Boteler pro firma septem solidorum in Magna Merton.*

PATEAT uniuersis p presentes quod nos Isabella† le Botiler assignauimus et assignamus in pura viduitate nostra Johannem de Steynol tenentem nostrum in magna Merton ad soluendum vij. solidos patri Omfredo monacho de Whalleye de firma tenentis sui in qua nobis tenetur in termino annunciationis dñice prox. futuro sine ulteriori dilatione. Et si contingat quod absit ipsum in dicta solutione deficere, volumus et concedimus quod idem Johannes soluat Normanno le Botiler, nomine forisfacture, duos

---

* Gilbert de Clifton was sheriff annis 1282, 1286, 1287, and 1289.

† Probably Sibilla, widow of Henry le Botiler, ante, p. 417.

solidos. Hijs testibꝫ, Willmo Foster, Henr. Suartane, et alijs. Data apud Pulton die dñica in vigilia omnium Sanctorum anno regni Regis Edwardi tricesimo tertio.

XXXVII. *Carta Roberti de Bethom* de uno mesuagio in Warton.*

OMNIBUS sancte matris ecclesie filijs ad quos presens scriptum puenerit, dñus Robertus de Bethom salutem. Sciatis me dedisse Deo et beate Marie et Abbati Loci Benedicti de Stanlawe monachis ibidem Deo seruientibꝫ unum mesuagium in villa de Warton,† scilicet, in le Banchouse inter domum Ricardi filij Symonis et domum Amarici quondam tenentis, videlicet, de xxxiiij. pedum longitudine et viginti iiij^or pedum latitudine, cum libero ingressu et libero exitu ꝑ aquam et ꝑ terram in puram et ꝑpetuam elemosynam, ꝑ me et ꝑ animabꝫ patris mei et matris mee et ꝑ anima Matilde quondam uxoris mee, et animabꝫ antecessorum meorum, libere, quiete, pacifice, honorifice. Ita quod ego dictus dñus Robertus et heredes mei nichil inde exigere poterimus, preter preces et orationes ꝑ predicta terra. Et ego dñus Robertus predictus et heredes mei predictam terram contra omnes homines et feminas imppetuum warantizabimus. Et ut hec mea donatio stabilis et rata pmaneat, huic scripto sigillum meum apposui. Hijs testibꝫ, dño Willmo le Boteler, dño Ricardo le Boteler milite, Willmo de Syngelton, Henrico de Clifton, Willmo de Neuton, Gilberto de Meles,

---

* Thomas de Bethom, who probably was the grandfather of this grantor, according to Nicholson's history of Westmoreland, married Amuria, daughter and coheir of Richard Fitz Roger, and, according to the *Testa de Nevill*, held a third part of a knight's fee in Warton, of the fee of the earl of Lincoln.

† Warton is a township on the banks of the Ribble, in the parish of Kirkham. The name Bankhouse still exists in the township.

Waltero de Myrescogh, Rogero de Warton, Rogero Collan, Symone capellano, et alijs,

XXXVIII. *Carta eiusdem domini Roberti de Bethom de uno tofto iuxta ripam de Rible.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Rob. de Bethom dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et beate Marie, Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe unum toftum in villa de Warton, scilicet, super ripam de Rible ꝑpinquius iacens granario eorundem monachorum quod prius habuerunt ex dono meo versus partem orientalem illud toftum quod Ameria prius tenuit, cum libero introitu in predictum toftum et exitum sine impedimento ad eorum aisiamentum cum omnibꝫ aisiamentis taute terre ꝑtinentibꝫ, in puram et ꝑpetuam elemosynam. Ita libere sicut aliqua elemosina liberius aut quietius dari potest. Et ego Robertus et heredes mei predictum toftum in omnibꝫ, sicut predictum est, dictis Abbati et monachis contra omnes homines et feminas warantizabimus imppetuum. Hijs testibꝫ, Willmo de Syngelton, Alano filio eius, Willmo de Neuton, Gilberto de Meles, Willmo de Merton, Ada de Pulton, Amarico de Lekamton, et alijs.

XXXIX. *Carta Roberti filij Hugonis de Etheleswyk de uno mesuagio cum tofto in Etheleswyk.**

SCIANT presentes et futuri quod ego Robertus filius Hugonis de Etheleswyk dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et beate Marie virgini de Stanlawe et monachis ibidem Deo seruientibꝫ pro salute anime mee antecessorum

---

* Elswick, the Edelesuuic of Domesday, is a village in the parish of St. Michaels-on-Wyre. In the Testa de Nevill it is stated that Richard de Freckleton held the fourth part and eighth part of a knight's fee in Frekelton, Quitington, Neuton,

et successorum meorum cum corpore meo quoddam toftum in villa de Etheleswyk, illud, scilicet, quod Thom. Crampanus quondam tenuit. Tenendum et habendum in liberam puram et ꝑpetuam elemosynam, sicuti et aliqua elemosyna melius liberius et quietius dari potest. Ego vero dictus Robertus et heredes mei dictum toftum cum communi pastura dicte ville eidem tofto ꝑtinente contra omnes gentes imppetuum warantizabimus, et ab omni seruicio seculari defendemus et acquietabimus. Et ut hec mea donatio, concessio, et carte mee confirmatio robur firmitatis obtineant, presenti scripto sigillum meum ꝑ me et heredibꝫ meis apposui. Hijs testibꝫ, Willmo de Syngelton, Alano filio eius, Willmo de Mitton, Willmo de Pratis, Gilberto de Meles, Ada filio Johannis de Etheleswyk, Thoma le Vilur, Alexandro clerico, et multis alijs.

## XL. *Carta Roberti filij Hugonis de tofto in Etheleswyk.*

OMNIBUS sancte matris ecclesie filijs presentibꝫ et futuris has literas visuris vel audituris, Robertus de Etheleswyk salutem in dño. Nouerit uniuersitas vestra me dedisse concessisse et hac presenti carta mea quietuclamasse imppetuum Deo et beate Marie et Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe in puram et ꝑpetuam elemosynam ꝑ salute anime mee et animarum omnium antecessorum et successorum meorum totum toftum illud cum ꝑtinentijs suis quod prius dedi Willo fratri meo, quod iacet iuxta toftum illud quod dedi predicte domui de Stanlawe iacens in occidentali parte. Tenendum et habendum Deo et beate Marie et domui predicte cum

---

and Etheleswyc, of the fee of the Earl of Lincoln; and that Warin de Wytyngham held the eighth part of a knight's fee in Etheleswick, of the same fee.

In 1311, the great inquisition of the Duchy states, that the heir of Adam de Frekelton held of Alicia, daughter and heir of Henry de Lacy, Earl of Lincoln, as of the manor of Frekelton, Whitingham, Newton, and Elleswike, as of the fee of Penwortham, by the service of ten-pence a year for the wardship of the castle of Lancaster.

communi pastura et communibʒ libertatibʒ et aisiamentis, tante terre in villa de Etheleswyk ꝑtinentibʒ, libere, solute, et quiete, a me et heredibʒ meis. Ita quod ego et heredes mei nullum ius aut clameum nisi preces et orationes in predicta terra de cetero exigere vel vendicare valeamus. Et ego R. et heredes mei Deo et beate Marie et Abbati et conuentui de Stanlawe et eorum successoribʒ totam predictam terram cum ꝑtinentijs suis contra omnes homines et feminas imꝑpetuum warantizabimus. In huius rei testimonium presentem cartam sigillo meo roboraui. Hijs testibʒ, dño Willmo de Clifton, dño Joh. de Lee, Johe de Hakonschou, Willmo de Syngelton, Alano fil. eius, Ric. de Freckelton, Gilberto de Meles, Ada de Syngelton, Alex. clerico, Ada de Bredekyrk, Willmo de Neuton, Rico de Preston clerico, et alijs.

XLI. *Carta eiusdem Roberti filij Hugonis de uno mesuagio cum tofto in villa de Etheleswyk.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Rob. filius Hugonis de Etheleswyk, dedi, concessi, et hac presenti carta mea confirmaui Deo et beate Marie virgini de Stanlawe et monachis ibidem Deo seruientibʒ unum toftum cum cortina in villa de Etheleswyk cum communi pastura dicto tofto adiacente, illud, videlicet, quod Thom. Crampanus quondam tenuit, in puram, liberam, et perpetuam elemosynam. Tenendum et habendum dictis monachis et eorum successoribʒ adeo libere et quiete sicuti aliqua terra liberius et quietius potest dari. Pro hac autem donatione, concessione, et carte meo confirmatione receperunt me tanquam fratrem dicti monachi in dicta domo de Stanlawe. Ego vero dictus Rob. et heredes mei dictum toftum cum ꝑtinentijs cum omnibʒ et ꝑ omnia, sicut predictum est, dictis monachis et eorum successoribʒ contra omnes gentes imꝑpetuum warantizabimus et ab omni seruicio seculari defendemus et acquietabimus. In huius rei testimonium presenti scripto sigillum

ꝑ me et heredibȝ meis apposui. Hijs testibȝ, Willmo de Syngelton, Willmo de Eccleston, Rob. de Eccleston, Willmo de Prees, Ricardo de Thorneton, Ada fil. Hugonis de Etheleswyk, Stephano fratre eius, Ada fil. Johannis de eadem, Henrico de Frekelton, Ran. de Gosenargh, Alex. de Etheleswyk clerico, et multis alijs.

XLII. *Carta Roberti de Etheleswyk de medietate unius bouate terre in Etheleswyk cum gardino.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Rob. de Etheleswyk dedi, concessi, et hac presenti carta mea confirmaui Deo et beate Marie Loci Benedicti de Stanlawe et Abbati et conuentui ibidem Deo seruientibȝ medietatem illius bouate terre quam Ric. Dispensator quondam tenuit cum ꝑtinentijs et cum gardino quod continet in se latitudinem curtelli quem prius donaui predictis Abbati et conuentui in villa de Etheleswyk, exceptis xxx. et ij. pedibȝ et dimidia terre super le Heuedland subtus gardinum, quod donaui Abbati de Cokersond ad quoddam horreum faciendum, et saluis mihi et heredibȝ meis homagio et seruicio Alex. Clerici ꝑ selione del Tunstede. Tenend. et habend. predictis Abbati et conuentui et eorum successoribȝ libere, quiete, integre, cum omnibȝ libertatibȝ et aisiamentis tante terre in villa de Etheleswyk ꝑtinentibȝ. Reddendo inde annuatim Ade de Bredekyrke xij. denarios argenti, quos ipse Adam ꝑsoluet heredibȝ de Whityngham, videlicet, ad natalem dñi iij. denarios, ad pascham iij. denarios, ad festum sancti Joh. Bapte iij. denarios, et ad festum sancti Michaelis iij. denarios, ꝑ omni seruicio seculari mihi vel heredibȝ meis ꝑtinente. Saluo forinseco seruicio quantum ꝑtinet tante terre in dicta villa et seruicio capitalis dñi. Ego vero dictus Rob. et heredes mei dictam terram cum omnibȝ ꝑtinentijs predictis Abbati et conuentui et eorum successoribȝ in omnibȝ et ꝑ omnia, ut predictum est, contra omnes gentes imꝑpetuum warantizabimus. In huius rei testimonium sigillum

meum p̧ me et heredibȝ meis presenti scripto apposui. Hijs testibȝ, dñis Willmo le Botiler, Willmo de Clifton, Willmo de Carleton, Willmȯ de Syngelton, Alano filio eius, Ricardo Pincerna, Willmo de Neuton, Ric. de Thorneton, Alexandro clerico, Willmo de Merton, et alijs.

XLIII. *Quietaclamatio Ricardi de Etheleswyk de dono Roberti de Etheleswyk.*

OMNIBUS hoc scriptum visuris vel audituris Ricardus filius Ade de Etheleswyk, salutem in dño eternam. Noueritis me concessisse, remisisse, et omnino de me et heredibȝ meis impp̧etuum quietuclamasse Abbati de Stanlawe et eiusdem Loci conuentui totum ius et clameum quod habui vel habere potui in una dimidia bouata terre cum p̧tinentijs in villa de Etheleswyk quam de eis tenui ad firmam, que quondam fuit Roberti de Etheleswyk auunculi mei, cum omnibȝ libertatibȝ, integritatibȝ, et aisiamentis eidem terre p̧tinentibȝ, prout continentur in carta quam predicti Abbas et conuentus habent de dono ipsius Roberti hereditarie. Ita quod nec ego nec heredes mei nec aliquis p̧ nos aliquid iuris vel clamei in predicta terra cum p̧tinentijs versus predictum Abbatem et conuentum vel eorum successores de cetero exigere possimus. Et si ita contingat me vel heredes meos vel aliquem p̧ nos contra hanc conuentionem et quietaclamationem in aliquo presumere quod absit, volo et concedo p̧ me et heredibȝ meis quod vicecomes Lancastrie, quicunque fuerit, pro loco et tempore distringat me vel heredes meos, qui nostrorum ita presumpserit, per terras et tenementa mobilia et immobilia pro decem marcis argenti ad opus dñi Regis. Et senescallus de Penwortham eodem modo ad opus dñi comitis Lincoln. In huius rei testimonium presenti scripto sigillum meum pro me et heredibȝ meis apposui. Hijs testibȝ, Willmo de Syngelton, Alano filio eius, Roberto filio eius, Ric. de Thorneton, Amarico de Lekampton,

Rogero de Syngelton, Alex. de Etheleswyk, Roberto de Scales, Thoma de Yeland, Ada de Pulton, Ada filio Johannis de Etheleswyk, et alijs.

XLIV. *Carta Ade de Bredekyrk facta Ricardo filio Alani cum filia sua de tribus bouatis terre in Etheleswyk.*

SCIANT omnes tam presentes quam futuri quod ego Adam de Bredekyrk dedi et concessi, et hac presenti carta mea confirmaui Ricardo filio Alani in maritagio cum Amabilia filia mea tres bouatas terre cum ptinentijs in Etheleswyk, sibi et heredibȝ qui de predicta Amabilia descendent. Habendas et tenendas de me et heredibȝ meis in feodo et hereditate p idem seruicium et easdem libertates et liberas consuetudines que continentur in carta Warini de Whityngham eiusdem terre donatoris. Et ut hec mea donatio in posterum rata preseruet hoc scriptum meum cum sigilli mei appositione eidem Ricardo in testimonium reliqui. Hijs testibȝ, Waltero filio Suani, Willmo filio suo, Ada et Huctredo filijs Suani, Ricardo psona de Kyrkeham, Willmo filio Walteri de Clifton, Willmo de Tarnacara, Grimbaldo de Ellale, Waltero de Wynnewhike, et alijs.

XLV. *Quietaclamatio Amabilie filie Ade de Bredekyrk facta Ade fratri suo de tribus bouatis terre in Etheleswyk.*

SCIANT omnes tam presentes quam futuri quod ego Amabilia filia Ade de Bredekyrk concessi et quietuclamaui a me et heredibȝ meis imppetuum Ade de Bredekyrk fratri meo et dño et heredibȝ suis totum ius et clameum quod habui vel habere potui in iij. bouatis terre cum ptinentijs suis in Etheleswyk, quas habui de dono Ade patris mei in eadem villa, de quibȝ unam bouatam terre dedi Johanni de Etheleswyk et heredibȝ suis, secundam Ade filio Lewe et heredibȝ suis, tertiam Roberto filio Hugonis et heredibȝ

suis. Ita vero quod ego Amabilia et heredes mei nullum ius et clameum vel aliquam calumpniam in predictis trib3 bouatis terre cum ptinentijs suis, nec in homagio et seruicijs predictorum hominum, videlicet in homagio et seruicio Johannis de Etheleswyk et heredum suorum vel assignatorum, et in homagio Ade filij Lewe et heredum suorum vel assignatorum, et in homagio Roberti filij Hugonis et heredum suorum vel assignatorum, de cetero exigere nec p nos exigi valeamus. Sed volo et firmiter concedo quod Ad. de Bredekyrk dñus meus et heredes sui habeant et gaudeant homagia et seruicia predictorum hominum Johannis, Ade, et Roberti, et heredum suorum vel assignatorum suorum libere et quiete imppetuum. Et ad maiorem huius rei securitatem huic scripto sigillum meum apposui. Hijs testib3, dño Willmo de Clifton, dño Johanne de Lee, Waltero de Barton, Ricardo de Biscopham, Ada de Hoghton, Willmo de Thorneton, Willmo de Prees, Rogero de Staynol, Warino de Whityngham, Alexandro clerico, et alijs.

XLVI. *Carta Amabilie de una bouata terre in Etheleswyk facta Roberto fil. Hugonis de eadem.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Amabilia filia Ade de Bredekyrk dedi, concessi, et hac presenti carta mea confirmaui in propria viduitate mea Roberto filio Hugonis de Etheleswyk p homagio suo et seruicio quandam partem terre mee in villa de Etheleswyk, scilicet, unam bouatam terre, illam, videlicet, quam Ricardus Dispensator tenuit quando iter suum arripuit ad terram sectam cum mesuagio et cum omnib3 edificijs et ptinentijs suis. Tenendam et habendam de me et heredib3 meis sibi et heredib3 suis vel cuicunque assignare voluerit in feodo et hereditate, plenarie, libere, et quiete, pacifice, honorifice, in pratis, in pascuis, in aquis, in vijs, in semitis, cum communi pastura et cum omnib3 libertatib3 et aisiamentis tante terre in villa de Etheleswyk ptinentib3. Red-

dendo inde annuatim predictus Robertus et heredes sui vel assignati michi et heredibʒ meis duos solidos argenti, scilicet, sex denarios ad pascham, sex denarios ad natalem dñi, sex denarios ad festum sancti Joh. bapte, et sex denarios ad festum sancti Michaelis, ꝑ omni seruicio, exactione et demanda. Saluo forinseco seruicio, quantum ꝑtinet ad tantam terram in predicta villa. Et ego et heredes mei predicto Roberto et heredibʒ suis et assignatis totam predictam terram cum omnibʒ edificijs et ꝑtinentijs suis contra omnes homines et feminas imppetuum warantizabimus. Et si forte contingat quod ego prefata Amabilia vel aliquis heredum meorum contra istam cartam meam aliquid attemptare presumamus, obligo me et heredes meos, fide corporaliter prestita et tactis sacrosanctis euangelijs, penam centum solidorum ad opus sancte Marie de Cokersond soluendorum. In cuius rei testimonium huic scripto signum meum apposui. Hijs testibʒ, Rogero de Alston, Ricardo filio suo, Ada de Hoghton, Willmo de Grimeschagh, Ricardo de Frekelton, Ada de Merton, Willmo filio suo, Alano de Syngelton, Willmo de Thorneton, Alano filio suo, Rogero de Staynol, et multis alijs.

XLVII. *Confirmatio Ade de Bredekyrk de una bouata terre in Etheleswyk facta Roberto filio Hugonis.*

OMNIBUS hominibʒ tam presentibʒ quam futuris hanc cartam visuris vel audituris, Adam filius Ade de Bredekyrk salutem. Noueritis me concessisse, et hac presenti carta mea confirmasse Roberto filio Hugonis et heredibʒ suis unam bouatam terre cum omnibʒ ꝑtinentijs suis in villa de Etheleswyk, illam, scilicet, quam Amabilia soror mea sibi dedit. Tenendam et habendam de me et heredibʒ meis ꝑ homagio et seruicio suo ꝑ eadem seruicia et easdem libertates et liberas consuetudines que continentur in carta Amabilie sororis mee, quam inde habet. Ego vero Adam et heredes mei hanc concessionem meam et carte mee confirmationem

predicto Roberto et heredibȝ suis contra omnes homines et feminas warantizabimus. Pro hac autem mea concessione et carte mee confirmatione dedit mihi predictus Robertus xx. solidos sterlingorum. Et in huius rei testimonium huic scripto meo sigillum meum apposui. Hijs testibȝ, dño Willmo de Clifton, dño Johanne de Lee, Willmo de Thorneton, Rogero de Staynol, Ada de Hoghton, Warino de Whityngham, Randulpho de Gosenargh, Ada filio Hugonis, et alijs.

XLVIII. *Quietaclamatio Ricardi filij Amabilie de una bouata terre in Etheleswyk facta Roberto filio Hugonis.*

NOTUM sit omnibȝ has literas visuris vel audituris quod ego Ric. filius Amabilie de Soureby concessi et quietuclamaui de me et heredibȝ meis imppetuum Roberto filio Hugonis de Etheleswyk et heredibȝ suis totum ius et clameum quod habui habeo vel habere potero in una bouata terre cum suis ptinentijs in villa de Etheleswyk, sicut continetur in carta quam idem Robertus habet de Amabilia matre mea. Ita quod nec ego Ricardus, nec heredes mei, nec aliquis alius p nos, aliquod ius vel clameum in predicta bouata terre cum ptinentijs et libertatibȝ in posterum valeamus exigere. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum duxi apponendum. Hijs testibȝ, Ada filio Siwardi de Preston, Rogero de Brokhol, Rogero fil. Rogeri de Preston, Ada de Bredekyrk, Willmo de Thorneton, Alano filio suo, Rogero de Staynol, Ricardo de Thorneton, Ad. clerico de Brokhol, et multis alijs.

XLIX. *Quietaclamatio Willmi de Etheleswyk, facta Roberto fratri suo.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Willmus de Etheleswyk, concessi et hoc presenti scripto meo omnino quietuclamaui de me et heredibȝ meis imppetuum Roberto fratri meo et heredibȝ suis totum ius et clameum quod habui vel habere potui in toftis et terris in Etheleswyk, que habui per donum dicti Roberti fratris mei in infirmitate sua. Ita scilicet quod nec ego nec heredes mei aliquod ius aut clameum in predictis toftis et terris versus predictum Robertum aut heredes suos de cetero vendicare valeamus vel exigere vel versus suos assignatos. Pro hac vero quietaclamatione dedit mihi predictus Robertus octo solidos argenti in mea necessitate pre manibȝ. In cuius rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hijs testibȝ, Willmo de Syngelton, Alano filio suo, Ada de Syngelton, Alex. clerico, Stephano de Etheleswyk, Ricardo de eadem, et alijs.

L. *Quietaclamatio Ricardi filij Amabilie facta nobis de medietate unius bouate in Etheleswyk.*

NOTUM sit omnibȝ ad quos presens scriptum puenerit quod ego Ricardus filius Amabilie de Soureby, concessi, resignaui, et omnino p me et heredibȝ meis imppetuum quietuclamaui Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe totum ius et clameum quod habui vel habere potui in medietate unius bouate terre in villa de Etheleswyk, quam habent dicti Religiosi de dono Rob. filij Hugonis de eadem. Hanc autem concessionem et quietaclamationem feci prefatis Abbati et conuentui p salute anime mee et xl. denarijs quos mihi dederunt in presentia Baldewyni de Lee et Roberti de Schoresworth. Ita quod nec ego nec heredes mei nec

aliquis alius nomine aut iure nostro, aliquid iuris vel clamei in dicta terra cum ptinentijs exigere possimus imppetuum vel vendicare aut dictos religiosos super hijs in aliquo inquietare. In cuius rei testimonium sigilli mei impressio presentibȝ est appensa. Astantibȝ et presentibȝ consignationi huius scripti venerabili patre dño Roberto de Haworth tunc abbate de Stanlawe, dompno Thoma priore, Thurstano subpriore dicte domus, Roberto de Ynes capellano, Baldewyno de la Lee, Roberto de Schoresworth, Willmo de Galeway, die Veneris prox. post festum sancti Mathie apostoli anno dñi m.cc. octogesimo secundo.

LI. *Carta Ade de Bredekyrk de terra in Etheleswyk, facta nobis.*

OMNIBUS hoc scriptum visuris vel audituris, Adam filius Ade de Bredekyrk salutem eternam in dño. Nouerit uniuersitas vestra me concessisse, remisisse, et omnino de me et heredibȝ meis imppetuum quietuclamasse Abbati et monachi Loci Benedicti de Stanlawe totum ius et clameum quod habui vel habere potui in homagijs, releuijs et wardis que quidem pertinent ad illam dimidiam bouatam terre cum ptinentijs in villa de Etheleswyk quam Robertus filius Hugonis eis contulit p cartam suam p xij. denarijs argenti mihi et heredibȝ meis annuatim soluendis, prout continetur in carta ipsius Roberti ad terminos mihi psoluend. ffaciendo forinsecum seruicium p illa dimidia bouata terre in Etheleswyk quantum ptinet ad tantam terram. Pro hac autem concessione, remissione et quietaclamatione, dederunt mihi dicti Abbas et monachi x. solidos argenti pre manibȝ. In huius rei testimonium presenti scripto sigillum meum p me et heredibȝ meis apposui. Hijs testibȝ, dño Willmo le Butiler, dño Willmo de Clifton, dño Willmo de Carleton, Ricardo le Botiler, Willmo de Syngelton, Alano filio suo, Alex. clerico, Stephano de Etheleswyk, et alijs.*

* At the end of this title there is the following entry, " He sunt terre monasterij

LII. *Carta Ricardi de Derbyshire de terra in Preston.*

OMNIBUS sancte matris ecclesie filijs presentibȝ et futuris has literas visuris vel audituris, Ric. de Derbyshire salutem in dño. Nouerit uniuersitas vestra me dedisse, concessisse, et hac presenti carta mea confirmasse Deo et beate Marie et Abbati et conuentui de Stanlawe totam terram illam quam Robertus filius Stephani Ricardo filio meo per cartam suam donauit in villa de Preston, scilicet, unam acram terre super Iugeler Ruyding, et totam terram illam que fuit predicti in Wodeholm, iacendo inter terram que fuit Willmi de Cruce et terram que fuit Roberti filij Allote, in puram et ppetuam elemosynam, ꝑ salute anime mee et animarum omnium antecessorum et successorum meorum, libere, solute, quiete, et absque omni seculari seruicio cum omnibȝ aisiamentis predicte terre ptinentibȝ. Ita quod ego et heredes mei nullum ius aut clameum, nisi preces et orationes, in predictis terris cum ptinentijs suis de cetero exigere vel vendicare valeamus. Et ego Ricardus et heredes mei Deo et beate Marie et Abbati et conuentui predictis et eorum successoribȝ omnes predictas terras cum ptinentijs suis contra omnes homines et feminas imppetuum warantizabimus. Et in huius rei testimonium presentem cartam sigilli mei appositione roboraui. Hijs testibȝ, magistro Willmo, Rogero filio Ade tunc temporis balliuo de Preston, Ada fil. Siwardi, Willmo filio eius, Roberto

---

de Whalleye in Etheleswyk. Imprimis, viij. landys in the Page croft that schotys north and sowth next the lond of John Suthworth opon the Est syde and Roberts lond opon the west syde. Also a brodelande opon the Tunstede next the gate yat schotys est and west. Also a hedelande in the Wadforthlong yat schotys opon the Tunstede next Jon Suthworth opon the north syde and Willm of Copull opon the Sowth syde. Also on land yat schotys in to the Trathorne in the forrest betwyx Willm. of Copull opon the sowth syde and Henr. Marshall opon the North syde. Also a tofte that is calde the granger yorde wt the purtenans and acssements yat lange yerto."

forestario, Ricardo filio Mabbe, Radulpho Meyne, Thoma filio Thome, Roberto Scissore, Ricardo clerico filio Godythe, Roberto clerico, et alijs.

---

EXPLICIT TITULUS OCTAUUS DE STEYNINGES, CARLETON, WARTON, MERTON, ETHELESWYK, ET PRESTON, IN QUO CONTINENTUR CARTE, COMPOSITIONES INTER PRIOREM LANCASTRIE ET NOS DE DECIMIS DE STEYNINGES, ET ALIA DIUERSA SCRIPTA NUMERO QUINQUAGINTA DUO SIGILLATA.

---

## Incipit titulus nonus de Wynlaton, Wych, et Stafford.

### I. *Carta Hugonis Dispensarij de Wynlaton* facta nobis.*

SCIANT omnes presentes et futuri quod ego Hugo Dispensarius dedi et concessi et hac mea presenti carta confirmaui Deo et beate Marie et Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe totam villam de Wynlaton cum omnibȝ ꝑtinentijs et libertatibȝ suis et communibȝ predicte ville adiacentibȝ in bosco, in plano, in pratis, in pascuis, in vijs, in semitis, in viuarijs, in aquis, in stagnis, in molendinis, in assartis, in terra arabili et non arabili, in villa et extra villam, et in omnibȝ locis cum omnibȝ aisiamentis que ibi sunt vel fieri possunt, libere, quiete, pacifice, et integre sine ullo retenemento mei vel heredum meorum. Habendam et tenendam de me et heredibȝ meis imppetuum, in quietam et ꝑpetuam elemosynam, sicut ulla elemosyna liberius vel quietius dari potest vel recipi, preter decem solidos monialibȝ Cestrie a predicto Abbate et

* Wynlaton, or Willington, or Willaton, is in the hundred of Edisbury, in Cheshire. At Domesday it was held by Walter de Vernon, of the Earls of Chester, by whom it was afterwards resumed, and held in moieties by the families of Stapleford and D'espencer. The manor continued part of the possessions of the abbey till the dissolution, and was then vested in the Leghs of Booths. The township claims to be extra-parochial, but the impropriator of the adjoining parish of Tarvin has the corn tithes of part of the township, but it does not pay small tithes or church dues.—*Ormerod.* It is curious, however, that the township was stated in the early population returns to be in the parish of Whalley.

monachis Loci Benedicti de Stanlawe in die natiuitatis sancti Johannis Bapte annuatim reddendos. Hanc autem predictam villam de Wynlaton cum omnib; ptinentijs et libertatib; suis dedi prenominato Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe in excambium carucate terre de Bamford et molendini de Parco et medietatis molendini de Swyneford in Barue, que ffrater meus Thomas Dispensarius* dedit illis in puram elemosynam cum corpore suo. Ego vero et heredes mei prenominatam villam cum omnib; ptinentijs et libertatib; suis, sicut carte Henrici fratris mei testantur, sepedicto Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe contra omnes homines fideliter warantizabimus et defendemus. Et predictum Abbatem et monachos Loci Benedicti de Stanlawe versus Willmum filium Henrici et heredes suos de duob; calcarib; vel de duob; denarijs in die natiuitatis sancti Joh. Bapte annuatim acquietabimus. Et ut hoc meum donum ratum, firmum, et stabile imppetuum preseruet presentem cartam mei sigilli appositione confirmaui. Hijs testib;, Philippo de Horreby tunc temporis Justiciario dñi Comitis Cestrie, Rogero Senesc. de Mohaut, Warino de Vernon, Willmo de Venables, Petro clerico dñi Comitis Cestrie, Hugone de Dutton, Ricardo de Kyngesley, Joscerano de Hellesby, Willmo de Walton, Rogero de Pull, Riderico de Baroue, et multis alijs.

### II. *Carta Willmi de Stapelford facta Henrico Dispensario de villa de Wynlaton.*

SCIANT omnes presentes et futuri presentem cartam inspecturi vel audituri, quod ego Willmus, filius Henrici, dñus de Stapelford dedi et concessi et presenti carta mea

* This Thomas D'espencer was most probably of the family of the celebrated Hugh le D'espencer. Randle le Blundeville granted to Thomas D'espencer a charter of free warren in the township of Barrow, which adjoins Wynlaton, disafforesting the township, and exempting it from puture and all other forest

confirmaui Henrico Dispensario et heredibȝ suis ꝑ homagio et seruicio suo villam de Wynlaton totam cum omnibȝ ꝑtinentijs et libertatibȝ suis in bosco, in plano, in pratis, in pascuis, in vijs, in semitis, in viuarijs, in aquis, in stagnis, in molendinis, in assartis, in terra arabili et non arabili, in villa et extra villam, et in omnibȝ locis et libertatibȝ predicte ville de Wynlaton ꝑtinentibȝ. Habendam et tenendam de me et de heredibȝ meis libere et quiete, plene et pacifice et integre, iure hereditario. Reddendo mihi et heredibȝ meis annuatim de ipso Henrico et heredibȝ suis quendam calcarium aut duos denarios in natiuitate sancti Joh. Bapte ꝑ omnibȝ seruicijs et exactionibȝ uniuersis mihi et heredibȝ meis de predicta villa de Wynlaton ꝑt̃inentibȝ. Saluo forensi seruicio, et saluis x. solidis annuatim mihi et heredibȝ meis in eodem festo sancti Joh. soluendis, quos ego Willmus et heredes mei annuatim soluemus Rogero de Leonibȝ et heredibȝ suis, quos et ipsi annuatim monialibȝ Cestrie soluent. Et ego W. et heredes mei predictam villam de Wynlaton cum omnibȝ ꝑtinentijs et aisiamentis et libertatibȝ suis predicto Henrico et heredibȝ suis per seruicium prenominatum contra omnes homines warantizabimus. Hijs testibȝ, dño meo R. comite Cestrie, Rogero de monte alto Dapifero Cestrie, Philippo de Horreby tunc Justic. Cestrie, Petro clerico dñi Comitis Cestrie, Henr. de Aldithlea, Hug. et Thom. et Rob. et Galfr. fratribȝ dispensarijs, Warino de Vernon, Willmo de Venables, Hamone de Mascy, Joh. de Arderna, Alur. de Sulingneia, Hugone de Pascy, Thoma Tuchet, Ricardo filio Lidulphi, Dauid de Salop, Jocerlino de Hellesby, Ric. de Kyngesley, Hug. et Galfrido de Dutton, et multis alijs.

---

services. And in the reign of Edward I., Hugh le Despencer, Earl of Winchester, was in possession of the manor of Barrow; and on his attainder the manor was granted to Roger Swynerton, to support the state of a banneret. The manor remained in that family till the marriage of Sir John Savage with Maud, daughter and heiress of Sir Robert Swynnerton, by which it was carried into the family of the Savages.

## III. *Carta Ranulphi* Comitis facta Henrico Dispensario de Wynlaton.*

RANULPHUS Comes Cestrie Constabulario, Dapifero, Justiciario, vicecomiti et omnibꝫ Baronibꝫ suis, ministris, et balliuis et omnibꝫ hominibꝫ suis, francis et Anglicis presentibꝫ et futuris presentem cartam inspecturis et audituris, salutem. Sciatis me concessisse et presenti carta mea confirmasse Henrico Dispensar. militi meo et heredibꝫ suis totam villam de Wynlaton, cum omnibꝫ ꝑtinentijs et aisiamentis et libertatibꝫ suis, illam, scilicet, quam Willmus filius Henrici dñi de Stapelford ei dedit. Habendam et tenendam ipsi Henrico et heredibꝫ suis, sicut carta predicti Willmi testatur quam ipse Henricus de eo habet. Et ut illa donatio predicti Willmi et hec mea concessio ꝑpetue firmitatis robur obtineat eas presenti scripto et sigillo meo confirmaui. Hijs testibꝫ, Rogero de Monte alto Dapifero meo, Phillippo de Horreby tunc Justiciario meo, Henr. de Aldithlea, Petro Clerico meo, Warino de Vernon, Willmo de Venables, Hug. et Thom. et Rob. et Galfr. dispensar., Waltero de Danuilla, Norm. Panter, Alur. de Suligneio, Rogero de Meynilwar, Joh. de Arderna, Hamone de Mascy, Dauide de Salop, Idone de Calecot, Roberto de Say, Rob. de Danuilla, Ricardo de Kyngesley, et multis alijs.

## IV. *Quietantia Ranulphi comitis de Putura seruientium apud Wynlaton.*

RANULPHUS Comes Cestrie et Lincoln., omnibꝫ presentem cartam inspecturis vel audituris salutem. Sciatis me ꝓ Deo et salute anime mee et antecessorum meorum con-

* Randle Blundeville, Earl of Chester, ante p. 9.

cessisse et dedisse et hac presenti carta mea confirmasse Abbathie de Stanlawe et monachis ibidem Deo seruientib; in puram et ppetuam elemosynam quietantiam de me et heredib; meis imppetuum de putura seruientium et forestariorum meorum, scilicet, de villa de Wynlaton. Quare volo et firmiter pcipio quod dicta Abbathia et dicti monachi dictam quietantiam habeant imppetuum pacifice et sine omni impedimento. Et in huius rei testimonium presentem cartam sigillo meo munitam feci eis habere. Hijs testib; Philippo de Horreby tunc Justic. Cestrie, ffulcone filio Warini, Nicho de Leccres, Galfr. de Dutton, Thom. de Horreby, Ricardo de Sondebache, Ricardo de Kyngesley, Roberto le gros Venour, Petro de ffrodesham, Ran. de Thorneton, Symone et Petro clericis, et multis alijs.

V. *Quietantia Johannis de Scotia* comitis Cestrie, de secta placitorum foreste de la Mere.*

OMNIBUS presentem cartam inspecturis vel audituris, Johannis de Scotia, Comes Cestrie et Huntyngdon, salutem. Sciatis me dedisse et concessisse et hac presenti carta mea de me et de heredib; meis imppetuum quietuclamasse Deo et ecclesie beate Marie de Stanlawe et monachis ibidem Deo seruientib; quietantiam de sectis placitorum foreste mee de la Mare† de terra ipso-

* See ante, p. 9.

† The township of Wynlaton was situated within the ancient forest of Mara, which did extend over the whole Hundred of Edisbury, with a few exceptions, but is now contracted into the modern forest of Delamere. The master forestership of the whole was conferred by the first Randle, Earl of Chester, in the twelfth century, on Ralph de Kingsley, to hold the same by the tenure of a horse. The forestership passed into the family of the Dones of Utkinton, by the marriage of Henry Done with Johanna, daughter and coheiress of Richard de Kingsley, temp. Henry III., and from him to his son Richard; and from him to his son Richard Done of Utkinton, who married Agnes; and from him to his son Richard, whose inquisition post mortem was taken 6 Edward II.

rum Monachorum in Wynlaton, et de fine faciendo qui ad sectas illas ꝑtinere solet, et quietantiam de scutagio de eadem terra dictorum monachorum in Wynlaton. Ita quod dicti monachi de cetero inde non grauentur nec molestentur. Et si forte animalia eorundem ibidem existentia casualiter ultra metas suas ꝑprias ꝑ eschapeamentum in dictam forestam meam de die venerint, et ibidem inuenta fuerint sine custodia ibidem facta, capiantur et replegientur. Et si de nocte in eadem inuenta fuerint sine custodia, hoc emendetur. Si vero cum custodia ibidem facta de die vel de nocte inuenta fuerint, hoc sine dilatione conuincatur et emendetur. Et similiter si dicti monachi vel eorum homines inuenti fuerint cum venatione vel in aliquo delicto manifesto quod ad forestam ꝑtinet, hoc conuincatur et secundum modum delicti emendetur. Et prohibeo super forisfacturam meam nequis dictos monachos de cetero contra hanc meam concessionem et quietantiam grauare aut molestare presumat. Et ut hec mea concessio et quietantia de me et heredibꝫ meis dictis monachis facta imꝑpetuum preseruet presentem cartam sigillo meo munita eis habere feci. Hijs testibꝫ W.* Dei gratia tunc Abbate Cestrie, Henr. de Auditlegh, Willo de Cantelupe minore, Ricardo ffitton tunc Justiciario Cestrie, Roberto de Campano, Hugone ffitton, Ricardo de Sondebache, Hugone de Chelmundel, Ricardo de Kyngesley, Roberto Grosso venatore, Johanne de Haselwall, Petro de ffrodesham, Petro Clerico, et alijs.

VI. *Quietaclamatio Beatricie de Wynlaton facta Henrico Dispensario de villa de Wynlaton.*

SCIANT omnes presentes et futuri presentem cartam inspecturi et audituri quod ego Beatricia filia Roberti de Mesnilwaryn quondam uxor Ade de Stapelford in legitima

* Walter Pinchebec, twelfth Abbot, from 1228 to 1240.

potestate mea coram dño Ranulpho comite Cestrie in curia sua remisi et imppetuum sine ullo retenemento de me quietuclamaui Henrico Dispensario et heredibȝ suis villam de Wynlaton totam cum omnibȝ ꝑtinentijs suis in bosco, in plano, in pratis, in pascuis, in vijs, in semitis, in viuarijs, in molendinis, in stagnis, in assartis, in terra arabili et non arabili, in villa et extra villam, quam habeo in dote de dono predicti Ade de Stapelford, quondam viri mei. Ita quod ego quicquam iuris in predicta villa de Wynlaton aut ꝑtinentijs suis de cetero vendicare aut clamare non potero. Salua tamen michi in tota vita mea annuatim una marca argenti quam predictus Henricus aut heredes sui mihi soluent in nativitate sancti Johannis Bapte. Et ego B. predictam villam de Wynlaton cum omnibȝ ꝑtinentijs et libertatibȝ suis ipsi Henrico et heredibȝ suis quamdiu vixero contra omnes homines warantizabo. Et ꝑ hac concessione et quietaclamatione predictus Henricus mihi dedit tres marcas argenti. Hijs testibȝ, dño Ranulpho comite Cestrie, Philippo de Horreby tunc Justic. Cestrie, Petro clerico dñi Comitis, Warino de Vernon, Henrico de Aldithlea, Hug. et Thoma Dispensar., Willmo de Venables, Dauid de Salop, Ricardo de Kyngeslee, Joscerano de Hellesby, Hugone de Pascy, Johanne de Ardern, Bertramo Camerario dñi Comitis, Ricardo de Roudestorn clerico, et multis alijs.

VII. *Quietaclamatio predicte Beatricie de una marca eidem annuatim persoluenda pro Wynlaton.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Beatricia* filia Roberti de Mesnilwaryn vendidi et quietuclamaui Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe unam marcam argenti, quam habui de Wynlaton in dote de dono Ade de Stapelford quon-

* She is not named in the Cheshire pedigrees, Robert Mainwaring being stated to have had only two children, Hugh, his heir, and Margery, wife of William Massey de Tatton.

dam viri mei, p v. marcis argenti, quas predicti Abbas et monachi mihi dederunt pre manibȝ. Ita quod ego B. quicquam iuris in predicta villa et in predicta marca argenti de cetero vendicare aut reclamare non potero. Ego vero, tactis sacrosanctis euangelijs et fide interposita, iuraui quod non queram artem vel ingenium quibȝ predicti Abbas et monachi in venditione et quietaclamatione ville de Wynlaton defraudantur. Ego vero B. sine coactione viri mei cum bona voluntate mea et in legitima potestate mea illis hoc feci. Et ut hec mea venditio et quietaclamatio firma et stabilis imppetuum preseruet presentem paginam sigilli mei impressione corroboraui. Hiis testibȝ, Rob. de Danuille, Ricardo clerico de Kegworthe, Magistro Thurst. Gilb. de Berneston, Yuone de Stanlawe, Ham. et Willmo de Salop, et multis alijs.

VIII. *Quietaclamatio W. Chanu et Beatricie uxoris eius de una marca pro Wynlaton.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Willmus Chanu* et Beatricia uxor mea, filia Roberti de Meisnilwaryn, vendidimus et quietuclamauimus et hac presenti carta nostra confirmauimus sine ullo retenemento unam marcam argenti quam habuit uxor mea B. in dote de dono Ade de Stapelford quondam viri sui in villa de Wynlaton, Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe, p v. marcis argenti quas dederunt mihi pre manibȝ. Ita quod nos quicquam iuris in predicta marca nec in villa de Wynlaton de cetero vendicare aut reclamare non poterimus. Nos vero tactis sacrosanctis euangelijs et fide interposita iurauimus quod non queremus artem vel ingenium quibȝ predicti Abbas et monachi in venditione et quieta-

---

* Of the family of Chanu, or Cheney, of Willaston, in Nantwich Hundred. In the division of the barony of Wich Malbank, noticed p. 478, the paramount royalty passed to the share of Philippa Basset, under whose successors the manor of Willaston was held for three centuries by this family.—*Ormerod.*

clamatione predicte ville et predicte marce argenti defraudantur. Ego vero B. sine coactione viri mei et cum bona voluntate mea et legitima potestate mea illis hoc feci. Et ut hec nostra venditio et quietaclamatio firma et stabilis imppetuum pmaneat presentem cartam sigillorum nostrorum appositione corroborauimus. Hiis testibȝ, Rob. de Danuilla, Ricardo de Kegesworth, Magistro Thurstano, Gilb. de Bernardeston, Symone de Tyrefford, Willmo Saraceno, Yuone de Stanlawe, Willmo de Salop, et multis aliis.

### IX. *Instrumentum contra ecclesiam de Teruen* de decimis ville de Wynlaton.*

UNIUERSIS Cristi fidelibȝ hoc scriptum visuris vel audituris de Oxon et de Abendon Decanus eternam in dño salutem. Noueritis nos literas dñi pape in hijs verbis recepisse, Honorius episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Priori de Abendon et de Oxon, et de Abendon Decano, Sarisb. et Lincoln diocesis salutem et apostolicam benedictionem, Magistro R. de Alrecumba Rectore ecclesie de Teruen accepimus conquerente quod de Stanlawe Cisterciencis ordinis et de Salopesbur Abbates et eorum conuentus et quidam alij, Couentr. et Hereford dioc. super terris, decimis, possessionibȝ, et rebȝ aliis iniuriantur eidem. Ideoque discretioni vestre p apostolica scripta mandamus, quatinus partibȝ conuocatis, audiatis causam et appellatione remota fine debito terminetis, facientes quod decreueritis p censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, p censuram eandem, appellatione cessante,

* The church and manor of Tarvin belonged to the bishops of the diocese before the conquest, and they retained their possessions after that event. It has been already noticed that the township of Wynlaton still pays the tithes of corn to this church, and probably the agreements here set out may account for the township only paying that tithe.

cogatis veritati testimonium ꝑhibere. Quod si non omnes hijs exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Data Lateran vij. Idus ffebr. pontificatus nostri anno nono. Cum vero mandati huius auctoritate, tertio collega nostro ad totam causam ratione priuilegij apostolici excusato, Abbate et monachis de Stanlawe legis editis sepius euocatis a nobis et diutius in causam ꝑcessum, tandem inter magistrum R. petentem coram nobis nomine sue de Teruen, et dictis Abbate et monachis omnes decimas ville de Wynlaton ꝑ quarum subtractionem dicebat ecclesiam suam grauiter lesam intentando tam possessorium iudicium restitutum quam petitorium et eosdem Abbatem et monachos de Stanlawe amicabiliter nomine ꝑpetue compositionis conuenit, quod Abbas et monachi compꝑmiserunt, in verbo dei firmiter se obligantes, quod terram de Wynlaton arabilem et antiquitus cultam sine machinatione doli in plenam redigent culturam, nec occasione pasture terram illam dimittent incultam, decimas garbarum de ipsis terris secundum consuetudinem parochie fideliter ꝑsoluentes. Si vero contigerit Abbatem et conuentum ab ista compositione recedere aliquo modo, subiecerunt se iurisdictioni ordinarij, ut ipsos ad eam obseruandam fideliter compellendi, si necesse fuerit, plenam habeat potestatem. Magister vero Radulphus, fide et sacramento, se dictis Abbati et conuentui obligauit, quod ex parte sua dictam transactionem firmiter et fideliter obseruabit, eos super exactione minutarum decimarum ville de Wynlaton nullatenus vexando, aut super eisdem aliquo modo questionem mouendo. Ad maiorem vero partium securitatem et ut hec compositio inter ecclesiam de Teruen et prefatos Abbatem et monachos de Stanlawe ꝑpetuo sit valitura presens scriptum sigillorum nostrorum testimonio duximus roborandum. Actum in ecclesia beati Petri Oxon versus portam orientalem coram nobis inter magistrum Radulphum rectorem ecclesie de Teruen ꝑsonaliter presentem, et A. priorem de Stanlawe procuratorem ad componendum constitutum, in crāstino sancte Trinitatis anno incarnationis dñi m$^{o}$ cc$^{o}$ xxvi$^{to}$. Huius vero compositionis testes

sunt Abbas Cestrie, de Cumbermer et de Deulacresse Abbates, Thomas tunc officialis Cestrie, qui huic scripto signa sua apposuerunt. Item dñus Stephanus de Segraue, Dauid tunc capellanus de Teruen, Willmus Saracenus, Willmus de Barrowe Clericus, cum multis alijs.

### X. *Compositio facta inter nos et rectorem ecclesie de Teruen.*

NOUERINT uniuersi presens scriptum inspecturi, controuersiam inter Abbatem et conuentum de Stanlawe ex una parte, et magistrum Radulphum rectorem ecclesie de Taruen ex altera parte, super decimis de Wynlaton et reb; alijs exortam coram Judicib; hoc modo esse sopitam. Videlicet, Abbas compmiserunt in verbo Dei quod terram de Wynlaton arabilem et antiquitus culturam sine machinatione doli in plenam redigent culturam, nec occasione pasture terram illam dimittent incultam. Decimas garbarum de ipsis terris predicte ecclesie secundum consuetudinem parochie fideliter psoluentes. Si vero contigerit Abbatem et Conuentum ab ista compositione aliquo modo recedere subiecerunt se iurisdictioni ordinarij ut ipsos ad eam fideliter obseruandam compellendi si necesse fuerit plenam habeat potestatem. Magister vero R. fide et sacramento dictis Abbati et conuentui obligauit quod ex parte sua dictam transactionem firmiter et fideliter obseruabit, eos super exactione minutarum decimarum ville de Wynlaton nullatenus vexando aut super eisdem aliquo modo questionem mouendo.

### XI. *Compositio facta inter personam de Teruen et nos de decimis de Wynlaton.*

HEC est compositio facta inter Abbatem et conuentum Loci Benedicti de Stanlawe ex una parte, et Radulphum rectorem ecclesie de Teruen ex alia, consentiente dño Alex. Couentr.

et Lich. episcopo eiusdem ecclesie patrono, huic compositioni super omnimodis decimis ville de Wynlaton ad ecclesiam de Teruen spectantibȝ. Scilicet, quod Abbas et conuentus Loci Benedicti de Stanlawe ꝑsoluent ecclesie de Teruen sex marcas argenti annuas ad duos terminos, scilicet, tres marcas ad pascham et tres marcas ad festum sancti Martini in hyeme, ꝑ omnimodis decimis tam maioribȝ quam minoribȝ que ad ecclesiam de Teruen spectant de villa de Wynlaton imꝑpetuum. Seculares, vero seruientes in grangiam de Wynlaton omnia iura ecclesiastica de ipsa ecclesia de Teruen ꝑcipient, et omnes oblationes et decimas suas tam in vita quam in morte more parochionali eidem ecclesie ꝑsoluent. Preterea si ipsa terra de Wynlaton aliquo tempore a monachis aliquo casu fuerit alienata et a secularibȝ exculta et inhabitata ipsi seculares qui eam excolunt et inhabitant omnes decimas suas tam maiores quam minores ecclesie de Teruen ꝑsoluent, monachis a solutione sex marcarum et a conuentione ista quietis et solutis. In huius rei testimonium uterq. illorum tam Abbas et conuentus quam predictus Radulphus rector ecclesie de Teruen ex consensu dñi Alex. Couentr. et Lich. episcopi, eiusdem ecclesie patroni, presenti scripto ad modum cyrographi facto et imꝑpetuum inter monasterium de Stanlawe et ecclesiam de Teruen duraturo sigilla sua apposuere. Hijs testibȝ, dño Thoma Archidiacono Cestrie, Magistro J. officiali, et toto capitulo Cestrie.

### XII. *Carta Warini de Hanewall de terra in Wyco malbank.**

OMNIBUS Cristi fidelibȝ has literas visuris vel audituris, Warinus de Hanewall salutem in dño. Nouerit uniuersitas vestra me dedisse et concessisse et hac presenti carta mea con-

* The barony of Wyco Malbank, or Nantwich, descended to William Malbank, who was the last of the Norman barons of Wych Malbank in the male line. He left three daughters and coheiresses, Philippa, Eleanor, and Alda, between whom the barony was divided.

firmasse Deo et beate Marie et dño Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe p salute anime mee et Alicie uxoris mee et p salute animarum patris et matris mee et omnium antecessorum et successorum meorum totam terram meam in Wyco Malbanc in longitudine et latitudine, quam dederunt mihi imppetuum hereditarie p cartam suam dñus Warinus de Vernon et dña Alda de Maubanc uxor eius. Que quidem terra iacet inter terram Ricardi de Hanewell fratris mei et inter terram quam Willmus Wodebrid tenet de feudo dñi Ade Muscel in Wyco Maubanc. Tenendam et habendam eisdem dño Abbati et conuentui imppetuum cum omnibʒ edificijs in eadem terra positis vel ponendis, libere, et quiete, bene, integre, et in pace, cum omnibʒ ptinentijs libertatibʒ et aisiamentis ad dictam terram ptinentibʒ in omnibʒ put carta purportat quam habeo de dictis dñis Warino de Vernon et dña Alda Maubanc uxore eius de eadem terra. Red-

---

1. Philippa married Thomas, Lord Basset of Hedrington, and had also three daughters and coheiresses,
    1. Philippa, married Henry, Earl of Warwick.
    2. Joanna, married Reginald de Valletort.
    3. Alice, married John, Lord Bisset. 5 H. III.
2. Eleanor, died unmarried, but granted her share to Henry Aldithelea, and at the inquisition 16 Edward I. this share was found to be vested in James de Audley.
3. Alda, married Warin de Vernon, baron of Shipbrook, temp. John, and had issue,
    1. Warin, married Margaret, daughter and heir of Ralph de Audeville. He left a son, who died s.p., and three coheiresses.
    2. Ralph, rector of Hanwell. On the death of his nephew, the son of Warin de Vernon, he entered on the barony, and retained possession against his nieces; but an arrangement was made whereby they had one moiety of the barony and the manor of Leftwich, and he retained the other moiety with the capital manor of Shipbrook, which he settled on his illegitimate son, Ralph Vernon, the grantor of No. 14.
    3. Matthew, had Brickull in Buckinghamshire.
    4. Nicholas, ancestor of the Vernons of Whatcroft.
    5. Richard.

dendo inde annuatim dño capitali dicte terre de dicto Abbate et conuentu duodecim denarios ad Natalem dñi, et xij. denarios ad natiuitatem beati Joh. Bapte p omni seruicio et demanda et exactione quacunque. Ita, scilicet, quod nec ego Warinus nec heredes mei nec aliquis p me vel p heredib3 meis aliquid de cetero a predictis dño Abbate et conuentu p predicta terra exigere poterimus vel vendicare, nisi preces et orationes. Ego vero dictus Warinus et heredes mei dictam terram, sicut predictum est, prenominatis Abbati et conuentui contra omnes homines et feminas imppetuum warantizabimus. Et ad maiorem securitatem et firmitatem optinendam hoc scriptum sigilli mei munimine roboraui. Hijs testib3, dño T. de Crue, Willmo de Wystoneston, Rogero de Henul, Ricardo Knoilyn, Roberto de Hextal, Ranulpho de Oldenton, Willmo Daukyn, et alijs.

XIII. *Carta Warini Vernon et Alde de Maubank facta Warino de Hanewall de terra in Wyco maubanc.*

SCIANT omnes presentes et futuri presentem cartam visuri vel audituri quod ego Warinus de Vernon et ego Alda Maubanc dedimus et concessimus et hac presenti carta nostra confirmauimus Warino de Hanewall p homagio et seruicio sua totam terram in longitudine et latitudine insimul cum edificijs suis, que est inter terram que fuit quondam Willmi Wodebrid et inter terram quam Robertus Mal tenuit in villa de Wyco maubanc. Habendam et tenendam illi et heredib3 suis de nobis et heredib3 nostris imppetuum, libere, et quiete, plene, et integre. Reddendo inde annuatim nobis et heredib3 nostris de se et heredib3 suis xij. denarios in natiuitate dñi nostri, et xij. denarios in nativitate sancti Johannis Bapte p omni seruicio et omni demanda nobis et heredib3 nostris de predicta terra ptinente. Si vero ita contingat quod illi terram predictam warantizare non possimus, tunc excambia illi faciemus in villa de Wyco maubanc ad valentiam eiusdem terre. Ut autem hec

nostra donatio et confirmatio stabiles sint imppetuum presentem cartam sigillorum nostrorum munimine roborauimus. Hijs testibȝ, dño Roberto de Vernon,* Willmo fratre suo, Hugone de Vernon psona de Malo passu, dño Thoma de Aldelyn, Petro de Stapelton, Ricardo de Hanewall, Ricardo Knoilyn, Matheo fil. Odonis, Paulino Pretore, Lodowyco Gouet, Ricardo fil. Decani, Willmo Bene, Roberto de Henhull clerico, et multis alijs.

XIV. *Confirmatio Radulphi Vernon de domo in Wyco Maubanc facta nobis.*

UNIUERSIS Cristi fidelibȝ literas has visuris vel audituris, Radulphus filius dñi Radulphi Vernon salutem in dño. Nouerit uniuersitas vestra me concessisse et hac presenti carta mea confirmasse dño Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe totam terram illam in Wyco Maubanc quam eis dedit Warinus de Hanewall cum omnibȝ libertatibȝ aisiamentis, et ptinentijs suis, in omnibȝ et p omnia, sicut carta dñi Warini de Vernon et dñe Alde de Maubanc uxoris sue dicto Warino de Hanewall et eisdem facta continet et purportat. Et ad maiorem securitatem habendam huic presenti scripto sigillum meum apposui. Hijs testibȝ, dño T. de Boulton† tunc Justiciario Cestrie, dño R. de Wilberham tunc vicecomite Cestrie, dño W. de Mascy, Galfr. de Buri, Roberto de Huxelegh, Roberto de Moldeworth, Ricardo de Mascy, et alijs.

---

* William de Vernon and Robert de Vernon were brothers of Warin de Vernon, the grantor. William was Judge of Chester, 1230–2, and was the ancestor of the Vernons of Harleston.

† He was Judge of Chester A.D. 1269, 53 Henry III., and Richard de Wilbraham, ancestor of the Wilbrahams of Woodhey, was sheriff of Cheshire A.D. 1270 and 1271.

XV. *Carta Willmi de Dutton de mesuagio in Northwyco.*

SCIANT omnes presentes et futuri quod ego Willmus de Dutton marescallus dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui. p salute anime mee et antecessorum et heredum meorum, Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe mesuagium meum cum ptinentijs in Northwyco, illud, scilicet, quod habui de Luca filio Henrici, et iacet inter domum ipsius Luce et domum Pimme Herneway. Habendum et tenendum libere et quiete cum omnibȝ libertatibȝ et aisiamentis predicto mesuagio ptinentibȝ in ppetuam elemosynam. Reddend. inde tamen ipsi Luce et heredibȝ suis tres denarios ad festum sancti Joh. Bapte et tres denarios ad festum sancti Martini in hyeme, p omni seruicio et exactione quacunque. Dedi etiam cartam ipsius Luce quam habui de mesuagio illo. Qui illis idem mesuagium cum ptinentijs et libertatibȝ omnibȝ contra omnes homines secundum cartam suam fideliter warantizabit. Hijs testibȝ, Willmo Saraceno Camerario, Ham. de Cestria, Joh. fil. Hurkil, Willmo fil. Hiscude, Thurst. de Stanlawe, Ric. Saraceno, Gilberto Perpounte, Bertramo de Salopesbur. et alijs.

XVI. *Carta Luce filij Henrici facta Willmo de Dutton de mesuagio in Northwyco.*

SCIANT omnes tam presentes quam futuri quod ego Lucas filius Henrici dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Willmo de Dutton marescallo unum mesuagium cum ptinentijs in Northwyco, illud, scilicet, quod iacet inter domum meam et domum Pymme Herneway. Habendum et tenendum illi et heredibȝ suis de me et heredibȝ meis libere et quiete cum omnibȝ libertatibȝ et aisiamentis predicto mesuagio ptinentibȝ. Reddendo inde annuatim ille et heredes et assignati sui mihi et heredibȝ meis

sex denarios, scilicet, ad festum sancti Joh. Bapte iij. denarios, et ad festum sancti Martini in hyeme iij. denarios, ꝑ omni seruicio et exactione quacunque. Et ego Lucas et heredes mei predictum mesuagium cum ꝑtinentijs et libertatibꝫ omnibꝫ predicto Willmo et heredibꝫ et assignatis suis contra omnes homines warantizabimus. Hijs testibꝫ, Ric. de Kyngesley, Roberto de Ouera clerico, Henr. Cok, Brun Resyng, Clemente filio Hugonis, Ran. de Horton, Willmo de Wyneton, et multis alijs.

### XVII. *Quietaclamatio Ricardi filij Luce de mesuagio in Northwyco.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Ricardus filius Luce de Northwyco quietuclamaui et hac presenti carta mea confirmaui Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe totum mesuagium cum ꝑtinentijs in Northwyco iacentem inter domum ipsius Luce quondam patris mei et domum Pymme Herneway, quod Willmus de Dutton marescallus emit a Luca patre meo et dedit Abbati et monachis predictis in puram et ꝑpetuam elemosynam ꝑ salute anime sue ꝑ cartam suam. Tenend. et habend. libere et quiete cum omnibꝫ libertatibꝫ et aisiamentis predicto mesuagio pertinentibꝫ prout carta ipsius Luce patris mei et carta predicti Willmi quas ipsi monachi habent purportat. Reddendo inde annuatim mihi et heredibꝫ meis tres denarios ad festum sancti Johannis Bapte, et tres denarios ad festum sancti Martini in hyeme pro omni seruicio exactione et demanda. Ita quod ego vel heredes mei vel aliquis ꝑ me quicquam iuris de cetero vendicare aut reclamare non poterimus. In huius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui, dño Galfrido de Buddeworth, Ricardo de Lostoc, Roberto de Wynington, Roberto filio Alrid de Northwyco, Henrico filio Ailwyn, et alijs.

### XVIII. *Carta Johannis de Lascy de decima salis in Northwyco.*

UNIUERSIS sancte matris ecclesie filijs tam presentibȝ quam futuris, Johannes, Constab. Cestrie, salutem. Sciatis me dedisse et hac presenti carta confirmasse Deo et sancte Marie et Abbati ac monachis Loci Benedicti siue de Stanlawe omnem decimam salis mei de Northwyco siue in denario siue in sale in puram et ꝑpetuam elemosynam. Quod si prefati monachi sal habere maluerint ꝑ duobȝ denarijs et obolo summam salis semper habebunt. Hijs testibȝ, Henr. priore de Norton, Rogero capellano, Rogero filio Auredi, Hugone de Dutton, Ada de Dutton, et multis alijs.

### XIX. *Quietaclamatio Ricardi filij Ricardi Doun de putura de Wynlaton.*

NOTUM sit omnibȝ hominibȝ presentibȝ et futuris hoc scriptum̨ visuris vel audituris quod ego Ricardus filius Ricardi Doun* forestarius dñi Comitis Cestrie in foresta de la Mare, ꝑ salute anime mee, Ricardi patris mei, et Agnetis matris mee, et omnium antecessorum et successorum meorum, concessi remisi et omnino ꝑ me et heredibȝ meis imꝑpetuum quietuclamaui Religiosis viris Abbati et conuentui Loci Benedicti de Whalleye quondam de Stanlawe, totum ius, clameum, calumpniam, et actionem si que vel quas habui vel aliquo modo habere potui versus dictos Religiosos quoad puturam† habendam vel exigendam pro me vel

* See ante, p. 471.

† Puture must have been an excessive tax. The earl of Chester had his grand sergeant of the peace, an office held in fee by the barons of Malpas, and under him were originally twenty deputies or subservients, who had an unlimited number of attendants, all of whom were maintained at the expense of the hundred,

subforestarijs meis de se vel successoribȝ suis aut eorum tenentibȝ in villa de Wynlaton. Ita quod nec ego, nec heredes mei, nec aliquis alius iure vel nomine nostro aliquid versus dictos Religiosos vel eorum successores siue tenentes in predicta villa de cetero exigere vel vendicare poterimus quoquo modo. Sed volo et concedo

---

through which they were regularly perambulating. This maintenance was denominated a puture, and was exacted according to the claims of Henry, Duke of Lancaster, as baron of Halton, from all holding "tres landas terræ, vel plures, terrarum vocatarum warelands," after this manner, the baronies, as well as the forests, having establishments of sergeants distinct from those of the earl. The master sergeant, two subservients, and one garçon, supped, lodged, and breakfasted, at one tenant's; two with a second, and two with a third, and so on, till the whole were lodged. This was so arranged that they visited one half of the district in six weeks, reserving the other half for the other six weeks, so that in a year's time they visited the entire barony four times; always taking care that the place where they had billeted the last time should be free from their visits for six weeks after. By the charter of the Cheshire barons, granted by Randle the third, it was determined that in time of peace there should be but twelve sergeants only in the earldom, with one horse for the master sergeant, which should have no provender supplied from Easter until Michaelmas but by courtesy; that the sergeants should eat such meat as they found in men's houses, without buying other meat for their use; and that they should not eat in any manor houses of the barons. The foresters perambulated their districts in the same manner and with the same powers as the sergeants of the earldom, and of the baronies; but their jurisdiction was not exclusive of that of the sergeants.—*Ormerod*, vol. ii. p. 52. The complaint of the shepherd might have been made after their visitations:

> Thei goo aboute be viij or nyne,
> And done the husbondes mycull pyne,
> That carfull is their mele.
> Thei take geese, capons, and henne,
> And alle that ever thei may with renne,
> And reves us our catell.
> * * * * *
> I have fayre chamburs thre,
> But non of them may be with me,
> While that thei be thare,
> Into my cart-hows thei me dryfe,
> Out at the dur thei put my wyfe,
> For she is olde grey-hare.

pro me et heredib3 meis quod dicti Religiosi et eorum successores, ac etiam omnes tenentes in eadem villa, imppetuum quieti sint de hac putura et omnimoda alia seruitute vel consuetudine mihi vel heredib3 siue subforestarijs meis inde facienda, preter preces et orationes. Et ut hec mea concessio et remissio et quietaclamatio rata et stabilis imppetuum preseruet huic scripto sigillum meum apposui. Hijs testib3, dñis Willmo Trussel, et Ricardo de Mascy, militib3, Willmo de Heskayth balliuo de Haleton, Willmo Gerardo, Jacobo de Pulle, Ricardo de Aston, Ricardo de Schoresworth, Rogero de Toxtath clerico, et multis alijs.

XX. XXI. *Quietaclamatio, duplex, Uriani* filij Johannis de sancto Petro de Putura seruientium pacis pro Wynlaton.*

NOTUM sit omnib3 hominib3 presentib3 et futuris hoc scriptum visuris vel audituris quod ego Urianus filius Johannis de sancto Petro seruiens pacis de feodo in comitatu Cestrie districtiones in tenementis Abbatis de Whalleye, quondam de Stanlawe, apud Wynlaton ꝑ putura mei et subseruientium meorum feci, ac etiam ad diligentem sequelam eiusdem Abbatis ꝑ cartam dñi Ranulphi Comitis ipsos ab omni tali seruitute liberos inueni. Ob quam causam et ꝑ salute anime mee, patris mei et matris mee ac et omnium antecessorum et successorum meorum, concessi, remisi, et omnino ꝑ me et heredib3 meis imppetuum quietuclamaui, eidem Abbati et eiusdem Loci conuentui et eorum successorib3 totum ius, clameum, calumpniam, et actionem, si que

* Urien de St. Pierre and Rotheric ap Griffyn ap Llewellyn held the whole of the sergeanty of the peace in Cheshire, with the exception of the hundreds of Macclesfield and Wirral. They obtained it by marriage, 44 Henry III., with the two coheiresses of David le Bastard, alias le Clerk, son of William le Malpas, which David had from his father a moiety of the barony of Malpas. The mediety of this moiety, which belonged to Urien de St. Pierre, descended to his grandson and heir, Urian de St. Pierre, who lived 12 Edward I.

vel quas habui vel aliquo modo habere potui versus dictos religiosos quoad puturam illam habendam vel exigendam p me vel subseruientibȝ meis de se vel successoribȝ vel eorum tenentibȝ in villa de Wynlaton. Ita quod nec ego nec heredes mei nec aliquis alius iure vel nomine meo aliquid versus dictos Religiosos vel eorum successores siue tenentes in predicta villa de cetero exigere vel vendicare poterimus quoquo modo. Sed volo et concedo p me et heredibȝ meis quod dicti Religiosi et eorum successores ac et omnes tenentes in predicta villa imppetuum sint quieti de hac putura ac etiam omnimoda alia seruitute et consuetudine mihi vel heredibȝ meis seu subseruientibȝ meis inde facienda preter preces et orationes. Et ut hec mea concessio, remissio, et quietaclamatio rata et stabilis imppetuum preseruet huic scripto sigillum meum apposui. Hijs testibȝ, dño Roberto de Holond* tunc Justic. Cestrie, dñis Hamone de Mascy, Radulpho de Vernon, Hugone de Venables, Hugone de Dutton, Rogero de Chedle, et Willmo de Brereton, militibȝ, Willmo Gerard, Johanne de Legh, Ricardo de Aston, Roberto clerico, et alijs.

XXII. *Carta Willmi de Stafforth de redditu* xij. *denariorum.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Willmus filius Roberti de Stafforth dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et ecclesie sancte Marie de Stanlawe p salute anime mee et meorum antecessorum et successorum in liberam et puram et ppetuam elemosynam redditum xij. denariorum ad lumen predicte ecclesie pcipiendum annuatim ad festum sancte Marie in Martio de terra in foro quam Nich. le Hors de me tenuit iure hereditario, que videlicet terra est iuxta terram Henrici ffabri. Tenendum et habendum de me et de heredibȝ meis libere, et quiete, bene, et in pace, et honorifice, ab omni seculari ser-

* He was Justice of Chester A.D. 1308, 1 to 4 Edward II.

uicio et consuetudine et exactione vel demanda ad me vel ad heredes meos ptinente. Et ego et heredes mei warantizabunt predicte ecclesie prenominatum redditum xij. denariorum p annum. Et ut hec mea donatio et concessio imppetuum duret eam presenti scripto et sigilli mei appensione et testium appositione confirmaui. Hijs testibꝫ, Thoma Rob. fratre meo, Ricardo Musse, Symone Lupo, Ricardo fratre eius, Rob. de Taillour, Willmo filio Norm, Turchillo et Joh. filijs Sabine, Waltero coco, et multis alijs.

EXPLICIT TITULUS NONUS DE WYNLATON, WYCH, ET STAFFORTH, IN QUO CONTINENTUR XXIJ. SCRIPTA SIGILLATA, ET QUEDAM ALIA SCRIPTA DE TYREFORTH, QUE NON SUNT SCRIPTA HIC, QUIA TANTUM AD TERMINUM ERANT FACTA.

## Titulus decimus de Alte, Cadewalisset, et Toxstath.

### I. & II. *Carta, duplex, Willmi filij Ricardi Blundel* de molendino et dę grangia de Alte.*

OMNIBUS sancte matris ecclesie filijs presentibȝ et futuris, Willmus Blundel filius Ricardi Blundel salutem. Noueritis me dedisse, et hac presenti carta mea confirmasse Deo et beate Marie et Abbati de Stanlawe et monachis ibidem Deo seruientibȝ totum molendinum meum quod situm est super ripam de Alte, cum omnibȝ ꝑtinentijs et euentibȝ tam in blado quam in piscibȝ sine retenemento. Ita quod nullus heres meorum in posterum nec stagnum, nec fossatum, nec aliquid opus manuale, nec retia, nec aliud ingenium, retro vel ante, vel secus ipsum molendinum possit

* The pedigree of the Blundels, who held Ynes, now known as Ince Blundel, under the Botilers of Warrington, may be deduced with accuracy for some generations from the succeeding charters.

Richard Blundel, the first of the family, was succeeded by his son,
William Blundel, lord of Ynes, who married Agnes, and had two sons,
- Richard, who succeeded.
- Robertus clericus.

Richard Blundel, lord of Ynes circa 1241, married Rose, and had three children,
- John, who succeeded.
- Robert, surnamed Goch.
- Ameria, who married Geruase de Ynes.

John Blundel, lord of Ynes, was succeeded by his son,
William Blundel, lord of Ynes, circa 1283.

facere ad nocumentum ipsius molendini, vel ad captionem piscis. Liceat etiam predictis Abbati et monachis ipsum molendinum remouere de loco ad locum super ipsam ripam de Altè ad maius commodum suum, ubicunque sibi melius viderint expedire, et terram circumquaque ad stagnum faciendum et reparandum cum necesse fuerit libere sibi assumere. Dedi etiam eis totam terram meam que dicitur Scoles infra fossatum, incipiens a diuisis de Crosseby in austro sequendo illud fossatum versus aquilonem usque quoddam Pul, quod exit a predicto fossato et cadit in Skyppul, sequendo Skyppul in descensu usque in Alte, sequendo Alte usque in mare, cum communi pastura totius ville de Ynes, scilicet ad oues suas pascendas, quantum pastura sustinere poterit, et ad xx. vaccas cum tauro cum secta duorum annorum, et ad xvj. boues, et tres aueres. Sument autem de turbario de Ynes ad comburendum, et de cooperimento ad domos suas cooperiendas, quantum necesse habuerint, et ubi sibi viderint expedire. Hec omnia dedi predictis Abbati et conuentui de Stanlawe tenenda et habenda de me et heredibȝ meis libere et quiete, et pacifice, in puram et ꝑpetuam elemosynam ꝑ salute anime mee et uxoris mee Agnetis, et antecessorum et successorum meorum. Ego vero et heredes mei donationem istam predictis Abbati et monachis contra omnes homines et feminas warantizabimus et fideliter defendemus. Hijs testibȝ, Ada de Molyneus, Henrico de Walton, Willmo ꝑsona de Walton, Ada de Heynolesdal, Ricardo de Lathom, Ricardo de Hoton, dño Ricardo de Mide, Roberto de Molyneus, et alijs.

III. *Carta Willmi filij Ricardi Blundel de molendino de Alte.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Willmus Blundel filius Ricardi Blundel dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et beate Marie et Abbati de Stanlawe et monachis ibidem Deo seruientibȝ totum molendinum meum quod situm est super ripam de Alte, cum omnibȝ ꝑtinentijs et euentibȝ, tam in blado quam in

piscib; sine retenemento. Tenendum et habendum de me et heredib; meis libere et quiete et pacifice in ppetuam et puram elemosynam, p salute anime mee et uxoris mee Agnetis et antecessorum et successorum meorum. Nichil inde mihi reddentes vel heredib; meis, nisi elemosinas et orationes. Ita quod nullus heredum meorum in posterum, nec stagnum, nec fossatum, nec aliquid opus manuale retro vel ante ipsum molendinum possit facere ad nocumentum ipsius molendini. Liceat etiam predictis Abbati et monachis ipsum molendinum remouere de loco ad locum super ipsam ripam de Alte ad maius commodum, ubicunque sibi melius viderint expedire, et terram circumquaque ad stagnum faciendum et reparandum cum necesse fuerit libere sibi assumere. Ego autem et heredes mei donationem istam predictis Abbati et monachis contra omnes homines et feminas warantizabimus fideliter et defendemus. Hijs testib;, Ada de Molyneus,* Henrico de Walton,† Willmo psona de Walton, Ricardo de Lathom, Ricardo de Walleys, Ricardo de Mide, Roberto de Molyneus, et multis alijs.

---

* i.e. Adam de Molyneus, lord of Sephton, the eldest son of Richard de Molyneus, and Edith, daughter of Almeric Pincerna, ante, p. 418. His brother, Robert le Molyneus, held three bovates of land in Thornton, and was the ancestor of the family of Molyneux of Thornton. Adam de Molyneus had two sons, William and Roger. The eldest, Sir William, married Margaret, daughter of Alan de Thornton, and had three sons, Sir Richard, William, and Symon. Sir Richard succeeded as lord of Sephton, and married Emma, daughter of —— Dounes. He had three children, William, Thomas, the ancestor of the Molyneuxes of Hawkley, and a daughter, who married Hugh Banister of Formby. The eldest son, Sir William Molyneux of Sephton, was created a Knight Banneret in Gascony, and died A.D. 1289, and from him descend the present family of Molyneux, Lord Sefton.

† William de Walton owned Hale and Halewood, and had two sons. Richard, the eldest, took the name of de Mida, and had a grant of Hale from Henry II. (see p. 372) and also 4 John. He died without issue, leaving his younger brother, Henry de Walton his heir, who had a grant of Walton, ffomby, and Hale, 11 Henry III. He had a son, William, who apparently died without issue, and a daughter, who married Alan de Columbers, who received Hale from her father. Their daughter Cecily married Sir Robert de Holand, whose daughter Avena married Adam Ireland, lord of Hutte, and carried Hale into that family.

IV. *Carta Willielmi filij Ricardi Blundel de molendino de Alte, cum secta hominum de Ynes, et cum terra que vocatur Scoles.*

OMNIBUS sancte matris ecclesie filijs presentibȝ et futuris Willmus Blundel filius Ricardi Blundel salutem. Noueritis me dedisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et beate Marie et Abbati de Stanlawe et monachis ibidem Deo seruientibȝ totum molendinum meum, quod situm est super ripam de Alte, cum secta omnium hominum meorum in villa de Ynes, et cum omnibȝ ꝑtinentijs et euentibȝ tam in blado quam in piscibȝ, sine retenemento. Ita quod nullus heredum meorum in posterum, nec stagnum, nec fossatum, nec aliquod opus manuale, nec retia, nec aliquod ingenium, retro vel ante, secus ipsum molendinum possit facere ad nocumentum ipsius molendini, vel ad captionem piscis. Liceat etiam predictis Abbati et monachis ipsum molendinum remouere de loco ad locum super ipsam ripam de Alte ad maius commodum suum, ubicunque sibi melius viderint expedire, et terram circumquaque ad stagnum faciendum et reparandum cum necesse fuerit libere sibi assumere. Dedi etiam eis totam terram meam que dicitur Scoles infra fossatum de Crosseby in austro, sequendo illud fossatum versus aquilonem usque quoddam Pul quod exit a predicto fossato et cadit in Skyppul, sequendo Skyppul in descensu usque in Alte, sequendo Alte usque in mare, cum communi pastura totius ville de Ynes, scilicet, ad oues suas pascendas, quantum pastura sustinere poterit, et ad xx. vaccas cum tauro, cum secta duorum annorum, et ad xvj. boues et tres aueres. Sument autem de turbario de Ynes ad comburendum, et de cooperimento ad domos suas cooperiendas, quantum necesse habuerint, et ubi sibi viderint expedire. Hec omnia dedi predictis Abbati et monachis de Stanlawe tenenda et habenda de me et heredibȝ meis libere et quiete, et pacifice, in puram et ꝑpetuam elemosynam ꝑ salute anime mee, et uxoris mee Agnetis, et antecessorum et successorum meorum. Ego vero et heredes mei dona-

tionem istam predictis Abbati et monachis contra omnes homines et feminas warantizabimus fideliter et defendemus. Hijs testibȝ, Ada de Molyneus,* Henrico de Walton, Willmo ꝑsona de Walton, Ada de Aynolesdale,† Ricardo de Lathom, Ricardo de Hoton, Ricardo de Mide, Roberto de Molyneus et alijs.

V. *Carta Willmi Blundel clerici de molendino de Alte.*

OMNIBUS sancte matris ecclesie filijs presentes literas visuris vel audituris, Willmus Blundel clericus salutem in dño. Noueritis me dedisse, concessisse, et hac presenti carta mea confirmasse Deo et beate Marie de Stanlawe et monachis ibidem Deo seruientibȝ totam portionem meam molendini de Alte et Skyppul sine aliquo retenemento mihi vel heredibȝ meis, quam portionem habui de dono dñi Abbatis eiusdem domus ꝑ cartam suam in puram et ꝑpetuam elemosynam ad sustentandum monachum quendam in domo, unum post alterum recipiendum successiue et celebrantem imꝑpetuum specialiter ꝑ anima mea, patris mei et matris et omnium fidelium defunctorum. Ita quod ego Willmus vel heredes mei aliquid iuris in dicta portione dicti molendini nunquam poterimus calumpniare vel petere, nisi preces vel orationes, et sustentationem et celebrationem dicti monachi, ut predictum est, et prout carta dñi Abbatis et conuentus eiusdem Loci mihi inde confecta testatur. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hijs testibȝ, dño Johanne de Lee, Roberto de Lathom, Ricardo

---

* See ante, p. 491.

† This witness was the son of Robert de Aynolesdale, to whom King John, when earl of Moreton, gave Great Crosby to be his forester, and he confirmed the grant when he came to the throne. Adam de Aynolesdale had a son Robert, lord of Crosseby, who was living 5 Edward I. A.D. 1276, and gave to his son Nicholas all his lands in Aynolesdale, Ravensmeoles, and Liverpool; and Nicholas, who was surnamed Blundell, A.D. 1281, 10 Edward I., settled all his lands in Lancashire on himself and Margery his wife.

Blundel, Sym. de Therencio, Ada de Aynolesdale, Roberto de Molyneus, Willmo de Walton, Sym. de Halsale, Alano Noreuse, Willmo de Coudray, Waltero de Scaresbrek, et alijs.

VI. *Confirmatio Ricardi Blundel de dono patris sui.*

NOUERINT uniuersi presens scriptum inspecturi vel audituri quod ego Ricardus Blundel inspecta carta dñi patris mei Willmi Blundel, facta dño Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe de pastura de Scoles, ꝑ certas diuisas, et de molendino sito super aquam de Alte, omnia que in ipsa carta continentur illesa predicto Abbati et conuentui tenenda et habenda de me et heredibꝫ meis in puram et ꝑpetuam elemosynam concessi et hac presenti carta mea confirmaui, ꝑ animabꝫ patris et matris mee et uxoris mee et antecessorum et successorum meorum. Et ut robur ꝑpetue firmitatis obtineat presens scriptum sigilli mei appositione roboraui. Hijs testibꝫ, Willmo ꝑsona de Walton, dño Johanne de Lee, magistro Rogero de Derby, Roberto de Molyneus, Ada de Eynolsdale, Symone de Halsal, et multis alijs.

VII. *Confirmatio Willmi Pincerna de molendino de Alte.*

OMNIBUS sancte matris ecclesie filijs presentibꝫ et futuris, Willmus Pincerna* salutem. Noueritis me intuitu caritatis, et ꝑ salute anime mee, et uxoris mee, et antecessorum et

---

* See ante, p. 418. Amongst the possessions of the Botelers of Bewsey was Ynes, and the feodary of the Duchy tenants, taken circa A.D. 1311, begins with this entry: Willmus Boteler de Weryngton tenet manerium de Werington, ........ Ince Blundel, et Willmus Blundel qui tenet manerium de Ince de predicto Willmo facit sectam ad comitat' et wapentach' pro predicto manerio de Ince et pro seruitijs ij. feod. milites, unde septem carucate terre faciunt feod' unius militis. — Willmus Blundel tenet de dicto Willmo duas partes unius feodi militis in Ince Blundel, cum quatuor bouatis terre in Barton, quas Ricardus Blundel quondam tenuit.

successorum meorum, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et beate Marie et Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe donationem quam Willmus Blundel, miles meus, illis dedit et carta sua confirmauit, scilicet, molendinum situm super ripam de Alte, et terram que dicitur Scoles, p certas diuisas, cum communione pasture ville de Ynes. Tenend. et habend. libere et quiete in puram et ꝑpetuam elemosynam, sicut carta Willmi Blundel illis facta testatur. Et ut hec mea concessio et confirmatio firma et stabilis imppetuum preseruet, presens scriptum sigilli mei appositione corroboraui. Hijs testibꝫ, Galfrido de Dutton, Ada de Molyneus, Henrico de Walton, Ada de Eynolesdale, Jurdano clerico, Hugone clerico, Willmo filio Willmi Pincerne, Roberto de Samlesbury, Ada de Glesenton, et alijs.

VIII. *Carta Alexandri molendinarij facta Thome filio suo.*

SCIANT omnes tam presentes quam futuri quod ego Alexander molendinarius de Alte dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Thome filio meo et heredibꝫ suis totam medietatem mesuagiorum et tofti cum ꝑtinentijs inter domum Ricardi del Hull et domum Willmi filij Edwyni in Rauenesmeles, et totam tertiam partem molendini de Alte cum ꝑtinentijs, et unam acram terre cum ꝑtinentijs apud le Morehouses, et redditum vj. denariorum de Ada filio Alfredi de Hale, ꝑ homagio et seruicio suo. Tenend. et habend. in feodo et hereditate de me et heredibꝫ meis sibi et heredibꝫ suis libere et quiete et pacifice et integre cum omnibꝫ libertatibꝫ et ꝑtinentijs dictis terris ꝑtinentibꝫ. Reddendo inde annuatim mihi et heredibꝫ meis ipse et heredes sui unum par albarum cyrothecarum, et unum obolum ad natalem dñi ꝑ omni seruicio seculari et demanda. Et in huius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hijs testibꝫ, Johanne de Leya, Ada de Eynolesdale, Alano Noresi, W. filio Edwyni, Hugone de

Eynolesdal, Ricardo fil. Horm., Ricardo fforestario, Roberto de fformby, W. de ffonte clerico, et multis alijs.

IX. *Quietaclamatio Symonis filij Alexandri molendinarij de molendino de Alt, facta nobis.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Symon filius Alexandri molendinarij dimisi et hac presenti carta mea confirmaui Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe totam meam portionem et ius et clameum quod habui in molendino de Alt, scilicet, tertiam partem eiusdem molendini quod pater meus Alexander de ipso Abbate et conuentu vita sua tenuit iure hereditario cum omnibȝ ꝑtinentijs suis in blado, in piscibȝ, et in omnibȝ euentibȝ ad ipsum molendinum ꝑtinentibȝ. Ita quod nec ego nec aliquis heredum meorum post me in ipso molendino aliquam portionem vel ius vel clameum vel in blado, vel in piscibȝ, vel in aliquibȝ euentibȝ ipsius molendini de cetero exigere possumus, ꝓ centum solidis quos mihi dederunt pre manibȝ. Ego vero Symon filius Alexandri predictis Abbati et conuentui hanc dimissionem et concessionem dicte portionis molendini de Alte contra omnes homines et feminas imppetuum warantizabimus. Et ad maiorem securitatem presens scriptum sigilli mei appositione roboraui. Hijs testibȝ, dño Johanne de Lee, Ada de Eynolesdale, Ricardo Blundel, Roberto de Molyneus, Willmo de Walton, Rogero de Hybernia, Waltero de Scaresbrek, Ada de Gerstan, Henrico de Thorneton, et alijs.

X. *Quietaclamatio Juliane uxoris Alexandri molendinarij de molendino de Alte.*

UNIUERSIS Cristi fidelibȝ presens scriptum visuris vel audituris, Juliana uxor Alexandri molendinarij in dño salutem. Nouerit uniuersitas vestra me in legitima

potestate et ꝑpria viduitate mea dedisse concessisse et hac presenti carta mea quietuclamasse Deo et beate Marie, et dño Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe totum ius et clameum quod habui vel habere potui in illa portione molendini de Alte, que fuit viri mei Alexandri molendinarij. Ita, scilicet, quod nec ego nec aliquis ꝑ me aliquod ius vel clameum in dicta portione predicti molendini de cetero exigere poterimus. Pro hac autem donatione et quietaclamatione dicti dominus Abbas et conuentus Loci Benedicti de Stanlawe dederunt mihi pre manibꝫ xx. solidos sterlingorum. In huius rei testimonium presens scriptum sigilli mei munimine roboraui. Hijs testibꝫ, dño Ada de Molyneus, dño Johanne de Lee, Ricardo Blundel, Roberto de Molyneus, Ada de Eynolesdale, Rogero de Hybernia, Ada de Gerstan, Henrico de Thorneton, et multis alijs.

XI. *Carta Henrici filij Warini de Lonecastria* facta Willmo Blundel de licentia firmandi stagnum molendini super ripam de Alte.*

SCIANT omnes tam presentes quam futuri quod ego Henricus filius Warini de Lonecastria dedi et concessi et presenti carta mea confirmaui Willmo Blundel de Ynes et heredibꝫ

* Warin de Lancaster was a cadet of the first dynasty of Lancasters, barons of Kendal, and a lineal descendant from Ivo Talbois, earl of Anjou and baron of Kendal, temp. William the Conqueror. Henry, the son of Warin, had a grant 1 John, and a confirmation 7 John, of Rauenesmeles, Aynolnesdale, Uplichlond, Le Franseis, and rents in Preston; and, according to Kuerden's MS., he granted to Richard, the son of Geoffrey, all his lands in Lea. In the Testa de Neville it is found, Henr. de Lea tenet sex caruc' de d'no per cartam d'ni Regis, et soluet inde xx. solid' pr annum. Warinus pater eius dedit inde Abbati de Cockersand quartam partem unius bouate in elemosyna. He left two sons,

John, who succeeded.
Richard.

John de Lea, who was lord of Lea, and, 27 Henry III., left a son,

Henry de Lea, who was sheriff 11 Edward I. A.D. 1283: see ante, p. 42. He died 17 Edward I., and was found possessed, by Inquisition taken that year, of the manors of Chernok, Meles, and Lea, and lands in Quarlton. His son,

suis vel suis assignatis licentiam firmandi stagnum molendini sui super rivulum de Alte ex parte mea ubique voluerit, ad maiorem suam utilitatem. Sciendum est autem quod predictus Willmus et heredes sui societatem mihi tenebunt ad piscariam anguillarum faciendam. ubicunque magis expedierit. Salua piscatione prenominato Willmo et heredibȝ suis vel suis assignatis ad clusam molendini sui plenarie. ante et retro. sibi et heredibȝ suis vel suis assignatis. Tenend. de me et heredibȝ meis imppetuum libere, quiete, integre, et plenarie. Reddendo inde annuatim mihi et heredibȝ meis quedam calcaria deaurata, vel quatuor denarios ad natalem dñi ꝑ omni seruicio, et demanda, et seculari exactione. Hanc autem donationem ego et heredes mei contra omnes homines prelibato Willmo et heredibȝ suis vel suis assignatis imppetuum warantizabimus. Hijs testibȝ, Ada filio Rogeri* tunc temporis vicecomite Lancastrie, Hugone de Moreton, Henrico Trauers, Henrico de Walton, Roberto de Walton, Rogero de Eynoledesdale, Ricardo de Molyneus et Roberto fratre suo, Ricardo Wallense, et alijs.

### XII. *Carta Ricardi Blundel de medietate marisci de Alte.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Ricardus Blundel dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui ꝑ salute anime mee et uxoris mee et antecessorum et successorum meorum Deo et beate Marie et Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe totam medietatem illius terre de Altemersh, quam Robertus, ciuis Ebor., primo fossauit, et de me ad firmam tenuit, et totam terram iacentem extra inter fossam et aquam in longitudine,

---

William de Lea, married Clemence, daughter of Robert Banastre, (see p. 115,) and had two children,
Henry, who died without issue.
Sibilla, who married Richard de Hoghton (see note to No. 31.)

* He was sheriff 8 and 9 John, A.D. 1206–7.

sicut fossa se extendit iuxta aquam de Alte, et in latitudine ubique in illa parte fosse usque in dictam aquam de Alte. Tenend. et habend. de me et heredib; meis dictis Abbati et monachis in ppetuam et puram elemosynam libere et quiete bene et in pace, sicut ulla elemosyna viris religiosis melius liberius et quietius dari et confirmari potest. Ita, scilicet, quod nec ego, nec aliquis heredum meorum aut successorum aliquid iuris vel clamej de predictis Abbate et monachis p predicta terra de cetero habere poterimus vel exigere, nisi preces et orationes. Concessi et dictis Abbati et conuentui accipere terram ad reparandam sufficienter fossam suam circumquaque de terra mea iacente extra suum fossatum sine impedimento mei vel aliquorum heredum meorum, preterea sepedictis Abbati et monachis liberam pasturam ad octo boues et ad quatuor aueres in communi pastura de Ynes supra donationem patris mei, quam illis fecit in dicta pastura cum donatione bercarie de Alte. Ego vero dictus Ric. et heredes mei istam concessionem et donationem meam dictis Abbati et monachis contra omnes homines et feminas warantizabimus manutenebimus et fideliter imppetuum defendemus. Et ut hec mea libera donatio et concessio robur firmitatis obtineat presens scriptum sigilli mei munimine roboraui. Hijs testib;, dño Rob. de Lathom tunc vicecomite Lancastrie, dño Henr. de Torbok, dño Galfr. de Chetham, dño Alano de Wyndhull, Willmo de Walton, Willmo de Molyneus, Thurstano de Holand, Rogero de Hibernia, Alano le Norreys, Ad. de Gerstan, et alijs.

XIII. *Carta Ricardi Blundel de Sudmore nobis facta.*

OMNIBUS Cristi fidelib; hoc scriptum visuris vel audituris, Ricardus Blundel salutem. Nouerit universitas vestra me concessisse confirmasse et ppetue quietuclamasse p anima mea et p animab; antecessorum et successorum meorum Deo et beate Marie et Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe in puram

et quietum clamavi totum ius et clameum quod habeo vel deinceps habere potero in terra et pastura de Sudmore, videlicet, usque ad [illegible] de [illegible] in australi parte. Concessi et eisdem Abbati et monachis fossatum quod se extendit a fossato quod fecit Robertus [illegible] usque ad fossatum suum in aquilonari parte bercarie sue de Alto [illegible] ad integrum tenend. et reparand. de terra iacente extra illud fossatum quandocunque voluerint sine impedimento mei vel alicuius heredum meorum. Salva mihi tamen et hominibȝ meis de Ynes libera semita que iacet p illud fossatum. Tenend. et habend. de me et heredibȝ meis predictis Abbati et monachis libere quiete bene et in pace sicut aliqua elemosyna quietius et liberius dari et concedi potest. Pro hac autem concessione et quietaclamatione nec ego nec heredes mei de cetero a prefatis Abbate et monachis aliquid exigere vel extorquere poterimus nisi preces et orationes. Ego vero et heredes mei predictam terram predictis Abbati et monachis contra omnes homines et feminas fideliter imppetuum warantizabimus. Et ut hec mea concessio rata et inconcussa pmaneat huic scripto sigillum meum apposui. Hijs testibȝ. dño Johanne de Lee. dño Henrico de Torbok, dño Henrico de Lee. Alano le Norreys. Thurstano de Holand, Ada de Gerstan. et alijs.

## XIV. *Carta Ricardi Blundel de Marisco.*

OMNIBUS Cristi fidelibȝ ad quos presens scriptum pueuerit. Ricardus Blundel salutem in dño. Nouerit uniuersitas vestra me dedisse, concessisse, et hac presenti carta mea confirmasse Deo et beate Marie et Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe p anima mea et p animabȝ antecessorum et successorum meorum totam illam terram infra fossata de Altemersh, quam Siwardus prius de me tenuit. que quidem terra proxima est ex una parte prato dictorum monachorum quod de me tenent in dicto Altemersh. Tenendam et habendam de me et heredibȝ meis predictis dño Abbati

et conuentui in puram et ppetuam elemosinam, libere, et quiete, sicut aliqua elemosina liberius et quietius dari potest. Ita, scilicet, quod nec ego nec aliquis heredum meorum de dicta terra aliquid exigere de cetero poterimus nisi preces et orationes. Ego vero dictus Ricardus et heredes mei istam donationem et concessionem meam dictis dño Abbati et conuentui contra omnes homines et feminas warantizabimus et defendemus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hijs testibȝ, dño Roberto de Lathom tunc vicecomite, Henrico de Torbok, Alano Norres, Thurstano de Holand, Rogero de Hibernia, Roberto filio eius, Ada de Gerstan, Henrico de Gerstan, et alijs.

XV. *Quietaclamatio Rose* relicte Ricardi Blundel.*

OMNIBUS presens scriptum visuris vel audituris Rosa quondam uxor dñi Ricardi Blundel salutem in dño. Noneritis me in legitima viduitate mea, mortuo Ricardo quondam viro meo, concessisse et omnino quietuclamasse dño Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe totam tertiam partem meam et omne ius et clameum quod habui vel habere potui in omnibȝ terris pasturis et communibȝ, quas habent ex dono Ricardi quondam viri mei post desponsationem meam, et in tota terra et pastura quam predictus Ricardus dedit Geruasio de Ynes et Amarie filie sue in libero maritagio. Ita quidem quod nec ego nec aliquis ex parte mea vel p me aliquid iuris vel clamei in predictis terris pasturis et communibȝ exigere vel vendicare poterimus. Reddendo inde annuatim quoad uixero unam marcam argenti ad duos anni terminos, scilicet, dimidiam ad natiuitatem dñi et dimidiam ad nundinas de Halton. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hijs testibȝ, dño Henrico de Torbok, dño Henrico de Lee,† Willmo

* See ante, p. 489. † See p. 498.

de Molyneus, Roberto de Molyneus, Alano le Norreys, Geruasio Ynes et alijs.

### XVI. *Transactio inter nos et Ricardum Blundel de pastura de Ynes.*

ANNO gratie m° cc° xl° primo die Lune media quadragesi facta est ista transactio inter Abbatem et conuentum L Benedicti de Stanlawe ex una parte, et Ricardum Blun ex altera, scilicet, quod Abbas et conuentus dimiser Ricardo Blundel et heredibȝ suis totum ius et clameum suum q habuerunt vel habere de cetero poterunt in terra die conuentio huius fossato inclusa in communi pastura de Ynes, in excam marisci quod iacet inter molendinum et pontem circumdati de r de Alte et in Skyppul, et in excambio cuiusdam prati inclusi ꝑ W mum Blundel patrem ipsius Ricardi iacentis iuxta pratum ip rum monachorum, tam mariscum quam pratum in proprios u monachorum applicandum, et in puram et ꝑpetuam elemosyna sicut alia terra de Scoles conuertend. tenend. et habend. Ita qu nec Ricardus Blundel nec heredes sui aliquam communionem in p dictis terris vendicare vel habere poterunt. Liceat et Abbati monachis infra clausuram fossati Ricardi Blundel, blado asportato fenis lenatis, animalia sua ibidem pascere simul cum animalibȝ ips Ricardi et tenentis sui quamdiu eorum animalia ibi pascant Reliquum vero mariscum inter Ynes et Scoles, sicut tempore hu pactionis iacet incultum, in communem pasturam inter eos remane imppetuum. Ita nullus eorum aliquid opus manuale ibidem fac ad alterius nocumentum. Hec omnia fideliter tenenda imppetu Abbas in verbo Dei ꝑ se et conuentu suo, Ricardus Blundel ꝑ se heredibȝ suis fide interposita ꝑ scriptum istud ad modum cyrogra factum sigillis suis alterius scripto appendentibȝ fideliter compromi runt. Hijs testibȝ, dño Ada de Molyneus, dño Roberto de Latho

magistro Roberto de Derbey, Symone de Thorneton, Roberto de Hulton, Roberto de Molyneus, Ada de Aynolesdale, Rogero de Hibernia, Alano le Norreys, Roberto Blundel, Ricardo de Thorneton, Roberto de Eueryk et alijs.

### XVII. *Quietaclamatio Roberti Goch de facto Ricardi Blundel patris sui.*

UNIUERSIS hoc scriptum visuris vel audituris, Robertus Goch salutem eternam in Dño. Nouerit uniuersitas vestra me remisisse et omnino ꝑ me et heredibꝫ meis quietuclamasse religiosis viris Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe totum ius et clameum quod habui vel habere potui quocunque modo in tota terra illa quam pater meus, videlicet, Ricardus Blundel eisdem in puram et ꝑpetuam elemosynam cum corpore suo dedit, et in omnibꝫ alijs terris et tenementis quas vel que aliquis quicunque antecessorum meorum dictis Abbati et conuentui dedit vel vendidit. Ita quod ego et heredes mei nichil ab eisdem nisi orationes exigere vel vendicare poterimus. In cuius rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hijs testibꝫ, dño Henrico de Lee,* magistro Roberto de Walton, Jordano de Derby, Amarico de Thorneton, et alijs.

### XVIII. *Confirmatio Willmi Blundel de viginti acris terre.*

UNIUERSIS hoc scriptum inspecturis vel audituris, Willmus Blundel dñus de Ynes salutem in dño. Noueritis me remisisse et omnino ꝑ me et heredibꝫ meis quietuclamasse et confirmasse viris religiosis Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe et successoribꝫ suis totum ius et clameum

* See p. 498.

quod habui vel habere potui in illis xx. acris terre cum ptinentijs in marisco de Ynes quas dicti viri religiosi optinere dinoscuntur de dono Ricardi Blundel aui mei, videlicet, filij dñi Willmi Blundel. Preterea ego Willmus confirmaui dictis viris religiosis omnes terras quas aliquis quicunque antecessorum meorum eisdem p cartam suam dederit temporib; retroactis. Ita quod unaquaque carta de cetero in suo robore firmiter preseruet. Et p hac quietaclamatione et confirmatione mihi dicti viri religiosi decem marcas dederunt. In cuius rei testimonium presentib; sigillum meum est appensum. Hijs testib;, dño Willmo le Botiler,* dño Henrico de Lee, dño Roberto de Holand, Willmo de Molineus, Rogero de Molineus, Roberto de Molineus, Amarico de Thorneton, Willmo de Ayntre, Roberto Goch, et alijs.

### XIX. *Quietaclamatio Willmi Blundel de prato de Ynes.*

UNIUERSIS presens scriptum visuris vel audituris, Willmus Blundel filius Johannis Blundel salutem eternam in Dño. Noueritis me concessisse et p me et heredib; meis omnino quietuclamasse religiosis viris Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe quandam terram siue quoddam pratum in marisco de Ynes, iacens a parte meridionali iuxta terram quam Ricardus Blundel auus meus dictis viris religiosis contulit in elemosynam, et circa quod frater Rogerus de Upton quondam grangiarius de Alte quoddam fossatum fecit. Tenendam et habendam dictam terram siue dictum pratum cum ptinentijs dictis viris religiosis et successorib; suis in puram et ppetuam elemosynam imppetuum, nichil inde siue p hac quietaclamatione mihi vel heredib; meis reddendo nisi preces et orationes. Et ego Willmus et heredes mei nichil iuris aut clamei in dicta terra siue dicto prato de cetero exigere aut habere poterimus, sed illud idem contra omnes dictis viris religiosis et suc-

* See p. 418.

cessoribȝ suis warantizabimus imppetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hijs testibȝ, dño Willmo le Botiler, dño Roberto Banastre,* dño Henrico de Lee† tunc vicecomite Lancastrie, Alano le Norreys, Ricardo de Molyneus, Roberto de Molyneus, Colyno Blundel, Amarico de Thorneton, Johanne de Gerstan, et alijs.

XX. *Confirmatio domini Willmi Pincerne de prato de Ynes.*

UNIUERSIS ad quos presens scriptum peruenerit, Willmus le Boteller‡ de Weryngton salutem in dño. Noueritis me, caritatis intuitu, concessisse, et quantum ad capitalem dñum ptinet, confirmasse dilectis mihi in Cristo Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe et successoribȝ suis quandam terram siue quoddam pratum quod habent de dono Willmi Blundel filij Johannis Blundel dñi de Ynes. Quod quidem pratum iacet in marisco dicte ville de Ynes a parte meridionali iuxta terram quam Ricardus Blundel auus dicti Willmi dictis Abbati et conuentui contulit in elemosynam, et circa quod frater Rogerus de Upton, quondam grangiarius de Alte, quoddam fossatum fecit. Tenend. et habend. dictam terram, siue dictum pratum, dictis viris religiosis et successoribȝ suis imppetuum. Nichil inde michi vel heredibȝ meis reddendo nisi salutaria suffragia orationum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Testibȝ, dño Roberto Banastre,* dño Henrico de Lee† tunc vicecomite Lancastrie, Alano le Norres, Ricardo de Molyneus, Roberto de Molyneus, Hugone de fforneby, Colyno Blundel, Amarico de Thorneton, et alijs.

---

* See p. 114, ante. † See ante p. 497. He was sheriff 11 Edward I., A.D. 1283.
‡ See p. 417.

XXI. *Carta domini Regis de licentia capiendi duodecim acras terre in villa de Ynes de dono Willmi Blundel.*

EDWARDUS Dei gratie rex Anglie, dñus Hibernie, et dux Aquitanie, omnib; ad quos presentes litere puenerint salutem. Licet de communi consilio regni nostri puiderimus, quod non liceat viris religiosis seu alijs ingredi feodum alicuius, ita quod ad mortuam manum deueniat, sine licentia nostra et capitalis dñi de quo res illa immediate tenetur. Volentes tamen dilecto nobis Willmo Blundel gratiam facere specialem, dedimus ei licentiam, quantum in nobis est, quod xij. acras terre cum ptinentijs in Ynes iuxta Alte dare possit et assignare dilectis nobis in Cristo Abbati et conuentui de Stanlawe. Tenend. et habend. sibi et successorib; suis imppetuum, et eisdem Abbati et conuentui quod terram illam ab eodem Willmo recipere possint tenore presentium similiter licentiam dedimus specialem. Nolentes quod ijdem Abbas et conuẽntus ratione statuti predicti p nos vel heredes nostros inde occasionentur in aliquo seu grauentur. Saluis tamen capitalib; dñis feodi illius seruicijs inde debitis et consuetis. In cuius rei testimonium has literas nostras patentes fieri fecimus patentes. Teste meipso apud Aberconeway in Snaudon vj. die Julij anno regni nostri undecimo.

XXII. *Confirmatio domini Edmundi fratris eiusdem Edwardi Regis de predictis terris, videlicet, de prato de Ynes.*

UNIUERSIS presens scriptum visuris vel audituris, Edmundus filius celebris memorie Henrici regis Anglie salutem in dño. Literas excellentissimi principis dñi Edwardi Regis Anglie germani nostri karissimi inspeximus in hec verba. Edwardus dei gratia rex Anglie (*&c. ut supra usque ad illud verbum,* anno regni nostri undecimo). Nos igitur Ed-

mundus eo specialius quod dicti Abbas et conuentus ꝑ se et suis successorib; quietuclamauerunt dicto Willmo quandam communam pasture quam versus eundem in villa de Ynes habere clamabant, prout in quodam scripto inter eos inde confecto plenius continetur, donationem et concessionem predictas ratas habentes et acceptas, eas ꝑ nobis et heredib; nostris, quantum in nobis est, tenore presentium confirmauimus in forma superius annotata. In cuius rei testimonium impressio sigilli nostri presentib; est appensa. Data apud Lyuerpol xxj. die Julij anno regni regis Edwardi supradicto.

## XXIII. *Compositio inter nos et Willmum Blundel de prato de Ynes.*

CUM contentio esset inter religiosos viros Abbatem et conuentum Loci Benedicti de Stanlawe et Willmum Blundel dñum de Ynes, super eo quod idem Abbas et conuentus pretendebant quandam cartam cuiusdam antecessoris dicti Willmi, videlicet, dñi Willmi Blundel, cum continuatione seisine qua continebatur quod idem dñus Willmus prius dederat dictis viris religiosis communem pasturam totius ville de Ynes ad oues suas pascendas, quantum dicta pastura posset sustinere, quorum verborum virtute dictis viris religiosis videbatur quod predictus Willmus Blundel et heredes sui ꝑ suum prenominatum antecessorem inde tamen erant arcati, quod se aliquo modo in vasto dicte ville de Ynes appropriare non possent, et predictus Willmus, non obstante premissa carta cum seisine continuatione in vasto siue communi pastura dicte ville de Ynes prius dictis viris religiosis, ut predictum est, concessa sibi appropriamentum in trib; locis fecisset et inclusisset, ꝓpter quod predicti viri religiosi se in curia dñi Regis ꝑ breue de noua disseisina conqueri ceperant, tandem amicis interuenientib; et consentiente dño Willmo le Botiler de Weryngton, capitali dño, facta est compositio inter partes in hac forma, videlicet, quod omnibus feoffamentis et confirmationib; que vel

quas dicti viri religiosi obtinent de dono siue facto dicti Willmi Blundel seu alicuius antecessorum eius de terris, tenementis, et communis, firmiter de cetero in robore virtutis sue pdurantib3 imppetuum, ex speciali concessione predicti Willmi omnia appropriamenta facta ab eodem Willmo in communi pastura dicte ville de Ynes a tempore quo fuit plene etatis usque ad festum sancte Margarete virginis anno gratie m° cc° octuagesimo tertio et anno regni Regis Edwardi filij Henrici xj° eidem Willmo et heredib3 suis sine contradictione predictorum virorum religiosorum et ex eorum speciali concessione remaneant clausa imppetuum. Ita quod predictus Willmus et heredes sui talem defensionem et talia fossata faciant circa dicta appropriamenta quod predictos viros religiosos quoad animalia sua extra dicta appropriamenta pascentia conseruent indempnes. Pro qua quidem concessione dictus Willmus Blundel dedit dictis viris religiosis iiij. marcas sterlingorum in denarijs. Dedit etiam eisdem, concessit, et p hoc scriptum confirmauit, sibi et suceessorib3 suis quandam terram cum ptinentijs in eadem villa de Ynes, videlicet, illud pratum in marisco predicte ville circa quod pratum frater Rogerus de Upton, quondam grangiarius de Alte, quoddam fossatum fecit, et quod iacet a parte meridionali iuxta terram quam Ricardus Blundel auus dicti Willmi dictis viris religiosis contulit in elemosinam. Habend. et tenend. dictam terram siue dictum pratum dictis viris religiosis et successorib3 suis clausum omni tempore anni et in pprios usus siue ppriam culturam si voluerint conuertend. ad suam voluntatem in puram et ppetuam elemosinam, nichil inde reddendo nisi salutaria suffragia orationum. Et quotiescunque necesse fuerit homines dictorum virorum religiosorum terram ex omni parte fossati sufficienter fodient et capient circa dictum pratum ad dictum fossatum emendandum et reparandum sine contradictione cuiuscunque. Dictus vero Willmus et heredes sui dictam terram siue dictum pratum dictis viris religiosis et successorib3 suis warantizabunt imppetuum contra omnes. Et omnino quod dñi regis statutum tangit factum de viris religiosis

quod terra de cetero adquirere non debeant sine capitalium dñorum et ipsius Regis voluntate dictus Willmus ꝑcurabit assensum. Nec per aliquod ingenium siue obstructionem impediet de cetero animalia dictorum virorum religiosorum libere uti pastura totius ville de Ynes prenominate secundum tenorem feoffamentorum suorum predictorum, et habere liberum accessum ad illud locum quem vocant le Kar versus diuisas de Thorneton et alibi ꝑ totam pasturam dicte ville de Ynes sicut dictis viris religiosis et hominibꝫ suis apud Alte manentibꝫ videbitur expedire. In cuius rei testimonium altera pars alterius scripto cyrographato sigillum suum apposuit. Testibꝫ, dño Willmo le Botiller, dño Roberto Banastre, dño Henrico de Lee* tunc vicecomite Lancastrie, Alano le Norreys, Ricardo de Molyneus, Roberto de Molyneus, Hugone de fforneby, Amarico de Thorneton, Colyno Blundel, Willmo de Eyntre, et alijs.

## XXIV. *Compositio inter nos et Willmum Blundel de molendino ventritico.*

HEC est conuentio facta inter Abbatem et conuentum Loci Benedicti de Stanlawe ex una parte, et Willmum filium Johannis Blundel de Ynes ex altera. Ita, videlicet, quod predictus Willmus dedit concessit et hoc presenti scripto confirmauit dictis Abbati et conuentui totum molendinum suum ventriticum in territorio de Ynes cum secta omnium hominum in dicta villa de Ynes manentium, nichil sibi vel heredibꝫ suis in dicto molendino retinendo nisi tummodo libertatem molendini omnimodum bladum et brasium domus sue proprie siue multura, et hoc post illud bladum quod super molendinum inuenerit, et hoc sine fraude utriusque partis. Eandem et libertatem predicti Abbas et conuentus dicto Willmo et heredibꝫ suis in molendino suo aquatico, quod situm est super ripam de Alte,

* See ante, p. 497.

in omnibꝫ et ꝑ omnia ꝑ se et successoribꝫ dederunt et concesserunt. Habendum et tenendum dictis Abbati et conuentui et successoribꝫ suis imꝑpetuum de dicto Willmo et heredibꝫ suis totum molendinum ventriticum cum prefata secta et illam plateam terre super quam dictum molendinum ventriticum situm est et etiam cum libertate fodiendi et capiendi terram circumquaque ad situm dicti molendini eleuandum et exaltandum, quotiescunque necesse fuerit ubi dictus Willmus capere solebat, et etiam unam plateam terre extra dictum situm ad triticum purgandum in vento, ubi dictus Willmus et eius homines purgare solebat, et etiam cum libero introitu et exitu siue ad dictum molendinum cum bobus, equis, ad molas et meremium cariand. et alia cariagia facienda ꝑ vias et semitas quibꝫ dictus Willmus et homines sui ad dictum molendinum accedere et uti solebant, cum omnibꝫ libertatibꝫ ꝑtinentijs et commodis dicto molendino ventritico ꝑtinentibꝫ. Nichil inde dicto Willmo et heredibꝫ suis ꝑ annum reddendo nisi preces et orationes. Saluis tamen omnibꝫ libertatibꝫ sibi et heredibꝫ suis in dictis molendinis in omnibꝫ et ꝑ omnia, ut prenotatum est. Pro hac autem concessione dicti molendini cum omnibꝫ ꝑtinentijs suis supradictis viri religiosi supradicti dicto Willmo decem marcas argenti ꝑ manibꝫ dederunt. Dictus vero Willmus et heredes sui dictum molendinum ventriticum cum omnibꝫ ꝑtinentijs suis supradictis Abbati et conuentui et successoribꝫ suis contra omnes gentes imꝑpetuum warantizabunt et defendent. In cuius rei testimonium altera pars alterius scripto cyrographato sigillum suum apposuit. Hijs testibꝫ, dnis Henrico de Lee, Roberto de Lathom, Roberto de Holand, Alano le Norres, Roberto de Molyneus, Hugone de ffornebу, Willmo de Meles, Amarico de Thorneton, Roberto de Coudreye, cum alijs.

XXV. XXVI. *Confirmatio, duplex, Willmi Pincerne de molendino ventritico de Alte.*

UNIUERSIS presens scriptum inspecturis vel audituris Willmus le Botiller* de Weryngton in dño salutem. Noueritis me compositionem factam inter dilectos in Cristo Abbatem et conuentum Loci Benedicti de Stanlawe ex una parte, et Willmum Blundel de Ynes filium Johannis Blundel ex altera super molendino ventritico quod situm est territorio predicte ville de Ynes, unde inter eosdem aliquando extitit contentio, inspexisse, et eam caritatis intuitu, quantum ad me ptinet, tenore presentium secundum sui formam imppetuum duraturam confirmasse. Nichil a dictis Abbate et conuentu vel eorum successorib; p hac confirmatione exigendo in posterum nisi preces et orationes. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hijs testib;, dñis Henrico de Lee, Roberto de Lathom, Roberto de Holand, militib;, Alano le Norreys, Hugone de fforneby, Roberto de Molyneus, Amarico de Thorneton, Willmo de Meeles, Roberto de Coudreye, et alijs.

XXVII. *Recognitio de secta ad molendinum de Ynes facta nobis.*

MAGNE discretionis viris dño Henrico de Lee, vicecomiti Lancastrie, iudicatorib; eiusdem comitatus, Willmus Knotte, Alanus le Jnuene, Gilbertus Blanchard, Ad. de Crosseby, Henricus filius Willmi, Petrus de Leylondeschir, Robertus de Pekko, Robertus le Chanon, Alanus frater eiusdem Roberti, Symon filius Ade, homines Willmi Blundel, dñi de Ynes in Derbyschir, in dño salutem. Nouerit discretio vestra quod nos omnes et singuli facimus Petrum de Laylond attornatum et procuratorem

* See ante, p. 417.

nostrum ad faciendum finem coram vobis in comitatu de misericordia quam incurrimus ex defaltis quas fecimus in placito quo implicabamur p Abbatem de Stanlawe de secta ad molendinum suum in eadem villa de Ynes. Recognoscentes nos etiam heredes nostros imppetuum dictam sectam facere debere ad dictum molendinum de omnib; bladis que crescunt in villa nostra antedicta ad sextum decimum veras ac firmum et stabile habituros quicquid idem Petrus coram vobis nomine nostro duxerit in hac parte faciend. In cuius rei testimonium sigillum predicti Willmi Blundel secretum dñi ville nostre predicte presenti scripto apponi pcurauimus et sigilla Ade de Crosseby et Henrici filij Willmi eidem scripto apposuimus pro omnib; nobis. Valete in dño semper. Data apud Ynes anno dñi m° cc° octog. tertio die sancti Mathie apostoli.

XXVIII. *Compositio inter Abbatem de Miraualle* et Abbatem de Stanlawe de vicinitate pasture super ripam de Alte.*

HEC est compositio facta inter Abbatem et conuentum de Stanlawe ex una parte et Abbatem et conuentum de Mirauulle ex altera, de vicinitate pasture super ripam de Alte commissa per generale capitulum venerabilib; de Rupe et de Kyrkestall et de Salleye Abbatib; terminanda, videlicet, quod dicti Abbas et conuentus de Mirauulle in veritate fidei compmiserunt se neque p se neque p suos aliquid opus manuale aut machinamentum p retia vel piscationem, vel aliquid quod cedere possit ad nocumentum

* Merivale, or Miravale, was a Cistercian abbey in Warwickshire, founded by Robert ffeerrers, second earl of Derby, temp. Stephen, as a filiation from Bordesley abbey in Worcestershire. He endowed it with lands in that county and Leicestershire, which, on the dissolution of the monastery in the reign of Henry VIII., were, by an act of justice almost unparalleled in those days of confiscation, granted to his descendant, Sir W. Devereux, Lord ffeerrers of Chartley, afterwards created Viscount Hereford. The abbey had considerable possessions in Lancashire, probably the gift of the earls fferrers.

dictorum Abbatis et conuentus de Stanlawe super ipsam ripam de Alte facturos in quantum terra Willmi Blundel vel heredum eius se extendit. Neque facient aquam duci extra cursum antiquum, sed omnia illis integre et illibata ꝑmaneant, sicut fuerunt tempore compositionis huius facte. Quod si averia monachorum de Stanlawe dictam ripam ad pasturam casu transierint, aut averia monachorum de Miraualle ex aduerso, sine retentione, vel contentione, aut dampno reddantur. Si autem ex emptione, vel collatione fidelium in villis de Rauenesmeles vel de Forneby monachi de Stanlawe accrescere potuerint, liceat illis absque ulla contradictione monachorum de Miraualle aut impedimento libere recipere. Saluo dictis monachis de Miraualle ingressu et exitu cum omnibꝫ auerijs suis ad pasturam suam sine contradictione monachorum de Stanlawe. Siquis autem monachus vel conuersus contra istam compositionem venire presumpserit ad domum contra quam presumpserit pedes eat ibidem satisfacturus. Ut autem ista compositio illibata ꝑmaneat impꝑetuum dicti Judices de Rupe, de Kirkstall, de Salleye Abbates cum sigillis Abbatum utriusque domus huic scripto cyrographato sigilla sua apposuerunt, anno gratie m° cc° xxxviij°.

## XXIX. *Compositio inter nos et Abbatem et conuentum de Miraualle.*

ANNO dñi m° cc° lxxiiij^to ad Pentecosten orta contentio inter de Miraualle et de Stanlawe Abbates coram de Cumba et de Crokesden* Abbatibꝫ, judicibꝫ datis a capitulo generali, conquieuit. Videlicet, super eo quod ijdem Abbas et conuentus de Stanlawe in quinque locis fracturas obstruxerunt ꝑ quas

* The abbeys of Crokesden in Staffordshire and Cumbermere in Cheshire, both Cistercian monasteries. Perhaps there was no rule amongst the constitutions of the Cistercians more strictly adhered to than the one in the charta caritatis, which provided for a reference of their disputes to abbots of their own order. Si vero

inundationes fluminis de Alte effluere solebant, p quas quidem fracturas, fruges, prata, et pasture Abbatis de Miraualle a necatione fluminum saluabantur et conseruabantur, que obstructione dictarum fractarum necabantur, et periclitabantur. Et super eo quod ijdem Abbas et conuentus de Stanlawe exclusas suas extulerant, celsius quam esse consueuerunt. Et super eo etiam quod molendinum construxerant, cuius constructionis tam retento flumine de Alte reflexit, et cursum suum, et fruges, et pasturas, memoratorum Abbatis et conuentus de Miraualle necauit. Obstruxerunt insuper ijdem cursum quendam p quem pars non modica predicti fluminis de Alte fluebat, ubi pons paruus constructus transeuntibꝫ iter p more prebebat. Iste contentiones uniuerse conquieuerunt sub hac forma pacis concepte. Scilicet, quod memorati Abbas et conuentus de Stanlawe suas exclusas latiores faciant longitudine octo pedum. Ita quod excluse contineant in uniuerso spatium decem et octo pedum. Et cum ceteris exclusis cursibiles sustinebunt impetuum. Et in singulis inundationibꝫ trahent et aperient, seruiente diligente ad hoc deputato, quotiescunque necesse fuerit. Quod si seruientes dictorum Abbatis et conuentus de Stanlawe negligentes fuerint in premissis, liceat dicto Abbati de Miraualle p seruientes suos memoratas exclusas trahere cum necesse fuerit sine cuiusquam contradictione. In cuius rei testimonium tam Judices quam partes huic scripto cyrographato sigilla sua apposuerunt.

---

aliqua controuersia inter aliquos Abbates emerserit, quidquid inde a capitulo fuerit diffinitum, sine retractione obseruetur. Si vero pro diversitate sententiarum, in discordiam causa deuenerit, illud inde irrefragabile teneatur, quod Abbas Cistertij vel qui sanioris consilij magis idonei apparuerint, iudicabant ; hoc obseruato, quod nemo eorum, ad quos specialiter causa respexerit, diffinitioni debeat interesse.

XXX. *Acquietantia Ade filij Roberti de Thorneton de terris et tenementis in villa de Ynes.*

NOUERINT uniuersi ad quos presens scriptum pуenerit, quod ego Adam filius Roberti de Thorneton p salute anime mee, antecessorum et heredum meorum resignaui et omnino p me et heredib; meis imppetuum quietuclamaui Deo et beate Marie Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe totum ius et clameum quod habui vel aliquo modo habere potui in sex acris terre, octo acris prati, viginti et quatuor acris marisci, et medietate unius mesuagij cum ptinentijs in Ynes iuxta Thorneton, de quib; implicaui dictos Abbatem et conuentum p breue dñi Regis in curia domini Willmi le Botiller de Weryngton. Ita quod nec ego nec heredes mei nec aliquis alius nomine aut iure nostro aliquid de cetero in dictis terra, prato, marisco, et medietate mesuagij cum ptinentijs exigere poterimus imppetuum vel vendicare nisi preces et orationes. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Acta apud Weryngton in plena curia die mercurij proximo ante dñica in Ramipalmo anno dñi m° cc° nonagesimo secundo et anno regni Reg. Edw. vicesimo primo.

XXXI. *Indentura inter nos et dominum Ricardum de Hoghton* de molendino de Ynes.*

HEC indentura testatur quod cum contentio mota fuisset inter viros religiosos Abbatem et conuentum de Whalleye ex una parte, et dñum Ricardum de Hoghton militem ex altera

---

* The family of the Hoghtons "have been for many ages of great eminency in the county of Lancaster." Sir Adam de Hocton lived 50 Henry III. He had two sons, Richard and Adam. Richard was sheriff 29 Edward I., and had a son,

parte, super licentiam firmandi stagnum molendini dictorum religiosorum super rivulum de Alte ex parte de Rauenesmeles. Quas quidem licentiam et confirmationem dicti viri religiosi clamauerunt et prius habuerunt secundum formam duorum scriptorum que continentur in hec verba. Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Henricus filius Warini de Lancastria dedi concessi et presenti carta confirmaui Willmo Blundel de Ynes et heredibȝ suis vel suis assignatis licentiam firmandi stagnum molendini sui super rivulum de Alte ex parte mea (*&c. ut supra* 497 *folio prox. precedente.*) Item secundum scriptum incipit sic, Omnibȝ sancte ecclesie filijs presentibȝ et futuris Willmus Blundel filius Ricardi Blundel salutem. Noueritis me dedisse (*&c. ut supra* 492 *folio.*) Que quidem contentio conquieuit in hoc modo, videlicet, quod predictis dñus Ricardus concessit et confirmauit dictis viris religiosis quicquid continentur in facto dicti Henrici filij Warini. Ita, videlicet, quod ipsi et successores sui illud imꝑpetuum habeant et teneant ꝑ se et heredibȝ Sibille quondam uxoris sue, cognate predicti Henrici, in quanto in ipso est, sine sua calumpnia vel perturbatione. Et predicti viri religiosi concesserunt ꝑ se et successoribȝ suis se firmiter obligauerunt predicto Ricardo et heredibȝ predicte Sibille, quod ipsi imꝑpetuum habeant et capiant tam piscariam in predicta aqua de Alte, prout in facto dicti Henrici filij Warini plenius continetur, quam redditum annuum calcarium deauratorum, siue quatuor denariorum predictorum, secundum formam dicti facti, postposita omni fraude et collusione. Concedendo insuper ꝑ se et successoribȝ suis quod si predictus redditus calcarium vel quatuor denariorum ad aliquem terminum in parte vel in toto in

---

Richard, who died without issue, leaving Richard, the son of his uncle Adam, his heir. This Richard was knight of the shire, 16 Edward II., with Sir Gilbert de Singleton. He married Sibilla, daughter and heir of Henry de Lea, (ante p. 498,) and became possessed of the Ravensmeles property jure mariti. He died 14 Edward III., leaving two children, Adam, who succeeded, and Sibyll, the wife of William de Bold.

aretro extiterit, quod extunc bene liceat predictis Ricardo et heredibȝ predicte Sibille, quondam uxoris sue, in tota predicta aqua de Alte, tam ex parte versus Ynes quam versus le Meeles distringere per retia vel alia ingenia quecunque in predicta aqua inuenta, et districtionem retinere quousque de eodem eis fuit plenarie satisfactum. Dumtamen ipsi viri religiosi vel eorum successores non turbentur per predictos Ricardum vel heredes predicte Sibille capere et habere quicquid in facto predicti Henrici filij Warini continetur. Concessit etiam predictus Ricardus ꝑ se et heredibȝ predicte Sibille, in quanto in ipso est, quod si predicti viri religiosi vel eorum successores aliquo tempore futuro possint disrationare vel habere versus heredes predicti Ricardi filij Willmi Blundel acquietantiam de predicto annuo redditu predictorum calcarium deauratorum, vel quatuor denariorum, per legem terre, siue per viam amoris et concordie, vel alio modo quocunque, ita quod idem Ricardus et heredes dicte Sibille eundem annuum redditum habere et percipere fideliter et sine fraude poterunt, quod ex tunc ijdem viri religiosi et eorum successores a solutione dicti annui redditus exonerentur imppetuum. In cuius rei testimonium predictus Ricardus parti huius indenture versus dictos religiosos commoranti sigillum suum apposuit. Et dicti viri religiosi parti huius indenture versus predictos Ricardum et heredes predicte Sibille commoranti sigillum suum commune apposuerunt. Hijs testibȝ, Gilberto de Halsale, Ricardo de Walleys, Willmo de Molyneus, Gilberto de Sotheword, Thoma de Osbaldeston, Ricardo de Baldreston, Ada del Clogh, et alijs. Data apud Whalleye die veneris prox. post festum sancte Trinitatis anno regni Regis Edwardi tertij a conquestu secundo.

## XXXII. *Acquietantia et conuentio Ricardi Bulmer.*

PATEAT uniuersis quod die martis pximo post festum beate trinitatis anno regni Regis Edwardi filij dñi Henrici regis xxx. primo, apud grangiam de Alte conuenit inter Abbatem de Whalleye et conuentum ex una parte, et Ricardum Bulymer ex altera, videlicet, quod predicti Abbas et conuentus concesserunt et dimiserunt dicto Ricardo duas acras terre cum ptinentijs in villa de Ynes ad terminum vite ipsius Ricardi. Tenend. cum xx. solidis sterlingorum annuatim diu vixerit pcipiendis apud dictam Grangiam de Alte de dictis Abbate et conuentu et eorum successoribȝ ad festum beati Michaelis, Natiuitatem dñi, Annunciat. beate Marie et natiuitatem sancti Joh. bapte p equales portiones. Et pro hac concessione et dimissione dictus Ricardus remisit, relaxauit, quietuclamauit dictis Abbati et conuentui omnimoda debita in quibȝ predicti Abbas et conuentus eidem Ricardo ante confectionem huius scripti verbo vel scripto tenebantur. Et si forte aliquod scriptum de cetero inueniatur cuius tenore dicti Abbas et conuentus eidem Ricardo in aliquo debito teneri debuissent p aliquem contractum factum ante datam huius scripti, p nullo habeatur. In cuius rei testimonium utraque pars alterius scripto sigillum suum apposuit. Hijs testibȝ, Alano le Norreys, Ricardo le Molyneux de Crosseby, Nicholao Blundell,* Willmo Blundel,† Rogero de Forneby, Rogero de Tocstath, et alijs. Dat. die anno et loco supradictis.

---

* See ante, p. 493. † See p. 489.

XXXIII. *Carta Willielmi de ffferrers* de terra in Cadewalisset.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Willm̃us de fferrars, comes Derbe, assensu et bona voluntate Agnetis uxoris mee, dedi et hac presenti carta mea confirmaui p salute anime mee et Agnetis uxoris mee et omnium antecessorum et successorum

* This nobleman was descended from an illustrious line of ancestors.

Robert de fferrers, the second earl of Derby, founded the abbey of Mirival, see ante, p. 512, and was buried there. He was succeeded by his son,

William de Ferrers, the third earl of Derby, married Margaret daughter and heiress of William Peverell of Nottingham, and was succeeded by his eldest son,

Robert de fferrers, fourth earl, who founded the priory of Woodham fferrers in Essex. He married Sibilla, daughter of William de Braose, lord of Abergavenny and Brecknock, and was succeeded by his son,

William de fferrers, fifth earl, who was killed before Acon, A.D. 1191, while on the crusades. He was succeeded by his son, the grantor,

William de fferrers, sixth earl, who married Agnes, sister and one of the coheirs of Ranulph, earl of Chester, ante, p. 8, and obtained with her, amongst other large possessions, the manor of West Derby, and all earl Ranulph's lands between the Ribble and the Mersey. A portion of those lands had been purchased by Earl Ranulph from Roger de Maresey, and consisted of the manor of Great Bolton and lands in Little Bolton, Tonge, Halghe, Brethmete, Radecliffe, Ormeston,* Wiffeleg, Sharplis, Haghe, Stanedisch,† Longre, Sevington, Chernoc, Hedchernoc, Dokesbur', Adelvinton, Whitall, Hirelton, Scaresbrek, Heton iuxta Lancaster, Meluer, Derwente et in Eccleshill. He died A.D. 1247, and was succeeded by his son,

William de fferrers, seventh earl of Derby. He married Sibil, daughter and coheir of W. Mareschal, earl of Pembroke, and had seven daughters. He married, secondly, Margaret, daughter and coheir of Roger de Quincy, earl of Winchester, and had two sons, Robert and William, who was possessed of considerable property in Lancashire, as appears by his inquisition, 16 Edward I., and was seated at Groby. The earl died 1254, 38 Henry III. His son,

Robert, eighth earl, joined the insurgent barons, who were defeated at Evesham. He was attainted, and the greater part of his possessions were conferred upon the king's second son, Edmund, surnamed Crouchback, see ante, p. 364.

* Sic in Coucher Book of the Duchy of Lancaster; according to Kuerden, "Croston and Westlegh."

† Transcribed "ffanedisch" in the Duchy Coucher Book.

nostrorum Deo et ecclesie beate Marie de Stanlawe et monachis ibidem Deo seruientibȝ terram de Cadewalisset. Tenendam et habendam de me et heredibȝ meis sibi et successoribȝ suis imꝑpetuum libere, quiete, et solute. Reddendo inde annuatim mihi et heredibȝ meis dimidiam marcam argenti ad quatuor anni terminos ꝑ omnibȝ, videlicet, ad festum sancti Michaelis xx. denarios, et ad natalem Dñi xx. denarios, et ad pascham xx. denarios, et ad natiuitatem beati Johannis Bapte xx. denarios. Et ego vero Willmus et heredes mei predictam terram cum ꝑtinentijs dictis monachis et eorum successoribȝ imꝑpetuum ꝑ predicto seruicio contra omnes warantizabimus. Et ut hec mea donatio et concessio firma sit et stabilis imꝑpetuum hoc presens scriptum sigilli mei munimine duxi roborandum. Hijs testibȝ, dño Roberto de Osseburn tunc senescallo, dño Normanno Paunton, dño Roberto Gernet, Roberto de Mountgay, Olivero de ffoune, Henrico de Waleton, Roberto de Hulton, Roberto de Clayton, Ricardo, Ada, et Willmo de Knouslegh fratribȝ, et alijs.

XXXIV. *Carta Willielmi de fferrers de terra in Cadewallisset.*

UNIUERSIS Cristi fidelibȝ presentibȝ et futuris Willmus de fferrers, comes Derbe, salutem in dño. Noueritis me assensu et voluntate Agnetis comitisse uxoris mee dedisse et hac presenti carta mea confirmasse deo et Abbatie Loci Benedicti de Stanlawe et fratribȝ ibidem Deo seruientibȝ terram que dicitur Cadewalissete, cum omnibȝ ꝑtinentijs suis et libertatibȝ, ꝑ salute anime mee et predicte Agnetis uxoris mee et ꝑ anima Sibille quondam uxoris Willmi de fferrers, filij mei, et antecessorum et successorum meorum. Habend. et tenend. liberam et quietam ab omni seculari seruicio et exactione cum omnibȝ aisiamentis qui ibi sunt vel fieri possunt in puram et ꝑpetuam elemosynam, sicut ulla elemosyna liberius et quietius dari potest. Ego vero et heredes mei hanc donationem meam et concessionem predicte Agnetis Comitisse

uxoris mee predictis Abbathie et fratribȝ de Stanl. contra omnes homines fideliter imppetuum warantizabimus. Et ut hec mea donatio et concessio rata et inconcussa preseruet huic presenti scripto sigillum meum apposui. Hijs testibȝ, dño Willmo de fferrers filio et herede comitis, dño Roberto de Essebe, dño Henrico de fferrers, dño Sewallo de Sirleg, dño Ranulpho de fferrers, dño Ricardo de Vernon, dño Ricardo de Venables, dño Roberto de Mungay tunc tempore Camerario, Thoma clerico dñi Comitis, et alijs.

XXXV. *Carta Edithe* domine de Barton de Cadewallisset.*

SCIANT omnes tam presentes quam futuri quod ego Editha de Barton assensu et voluntate mariti mei dñi Gilberti de Notton ꝑ salute animarum nostrarum et ꝑ salute Johannis de Barton filij mei, et ꝑ salute filie mee, scilicet uxoris Willmi de Notton, et omnium antecessorum et successorum nostrorum dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et beate Marie et monachis Loci Benedicti de Stanlawe ibidem Deo seruientibȝ imppetuam elemosynam totam terram de Cadewallisset,† quam Alexander tenuit de me, scilicet, medietatem totius Cadewallisset, cum omnibȝ ꝑtinentijs, libertatibȝ, et communibȝ et aisiamentis ad predictam terram ꝑtinentibȝ sine ullo retenemento, ꝑ duobȝ solidis annuatim mihi et heredibȝ meis ꝑ omni seruicio et seculari exactione et demanda reddendis ad quatuor terminos, scilicet vj. denarios ad festum sancti Michaelis, et vj. denarios ad natalem Dñi, et vj. denarios

* See ante, p. 45.

† Cadewalisset, the modern Cadishead, is a hamlet in the township of Barton. The feodary of the county notices a previous owner. "Edwinus Carpentar' tenuit j. bouat' terre in Cadwalesate in capite de domino Regis de dono regis Henrici in carpentaria, et postea Suanus tenuit illam terram. Et modo tenet illam terram Gilbertus de Notton reddendo domino Regi quinque solidos, sed nesciunt de quibus vel per quos terra illa sit alienata a seruicio domini Regis." — *Testa de Neville.*

ad festum beate Marie in Martio, et vj. denarios ad festum beati Johannis Bapte, quos predicta Editha et heredes sui tenentur reddere dño Regi p eadem terra annuatim ad predictos terminos. Et ego et heredes mei prenominatam terram cum omnibȝ ptinentijs suis predictis monachis warantizabimus et defendemus contra omnes homines, et fideliter acquietabimus versus dñum regem de predicta firma ne distringatur in predicta terra. Et ut hec mea donatio stabilis sit et firma sigillorum nostrorum testimonium roborauimus. Hijs testibȝ, Johanne de Birchyn, Jordano de sancta Maria, Iuone de Longuillers, Willmo de Bello monte, Henrico de Longo campo, magistro Rogero tunc rectore Hospitalij beati Nicholai de Pontefracto, Waltero de Castello, Waltero diacono, Radulpho de Myrefeld, Willmo de Daneport, et multis alijs.

XXXVI. *Carta Ricardi Blundel facta nobis de Henrico filio Ricardi Staynul et sequela sua.*

SCIANT omnes tam presentes quam futuri quod ego Ricardus filius Willmi Blundel de Ynes dedi concessi et hac presenti carta mea de me et heredibȝ meis imppetuum quietuclamaui Deo et domui sancte Marie de Stanlawe abbati et monachis ibidem Deo seruientibȝ totum ius meum et clameum quod habui vel de cetero habere potero in Henrico filio Ricardi de Staynul de Ynes cum tota sequela sua in puram et ppetuam elemosynam, put aliqua elemosina melius vel liberius dari poterit, p anima mea et animabȝ patris et matris mei, antecessorum et successorum meorum. Ita, videlicet, integre et plenarie quod ego predictus Ricardus filius Willmi Blundel vel aliquis heredum meorum aliquod ius vel clameum in predicto Henrico filio Ricardi Staynul de Ynes, nec in sequela sua tota, nec in mobilibȝ suis, siue in rebȝ suis, diu manserit in terra mea siue extra de cetero exigere vel clamare poterimus nisi preces et orationes. Et siquis contra hanc meam quietaclamationem

temere ire presumpserit maledictionem Dei patris omnipotentis et sancte Marie se nouerit incursurum. Quare volo et firmiter concedo quod hec mea quietaclamatio rata et inconcussa imppetuum pmaneat sigillum meum presenti scripto p me et heredibȝ meis apposui. Hijs testibȝ, Willmo le Molyneus, Alano Norreus, Thurstano de Holand, Rogero de Molyneus, Henrico de Ayntre, Willmo Judice de Litherlond, Galfrido de Derby clerico, et multis alijs.

XXXVII. *Carta Ricardi Blundel facta nobis de Henrico filio Rogeri de Ynes et fratribus suis cum tota sequela eorum.*

OMNIBUS ad quos presens scriptum puenerit, Ricardus Blundel salutem in dño. Noueritis me p salute anime mee, patris mei, et matris mee, antecessorum et successorum meorum, dedisse et concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et beate Marie de Stanlawe, et monachis ibidem Deo seruientibȝ, Henricum* filium Rogeri filij Willmi de Ynes, Ricardum et Rober-

* It was made a reproach to the monastic orders that they purchased men contrary to the spirit of the Gospel. The defence of Peter of Clugni to such an accusation, affords so striking a view of the miseries the villein was ordinarily exposed to, and the benefits he received by being transferred to a religious establishment, that no apology for its insertion is necessary:—"Every body sees how secular masters rule over their peasants, servants, and handmaids; for they are not satisfied with their accustomed and due service, but always unmercifully claim their persons with their property, and their property with their persons. Hence it is, that beside their accustomed payments, they three or four times in the year, or as often as they please, spoil them of their goods, they oppress them with innumerable claims of service, they lay upon them grievous and insupportable burthens. Hence they force many to leave their native soil and fly to foreign parts; and (what is worse) their very persons, which Christ has redeemed with so rich a price—even his own blood—they are not afraid to sell for one so mean, that is, for money. Now monks, though they may have such possessions, do not possess them in the same way, but very differently; for they employ only the lawful and due services of the peasants to procure the conveniences of life. They harass them with no exactions, they impose no intolerable burdens, and if they see them in want they maintain them at their own expense. They have servants and handmaids, not as

tum fratres suos cum tota secta de proprijs corporibꝫ eorum ꝑueniente. Ita quod ego Ricardus vel heredes mei aliquid iuris vel calumpnie in predictis Henrico, Ricardo, et Roberto vel eorum secta, ut predictum est, nunquam de cetero poterimus habere vel exigere. Et quia firmiter volo quod hec mea donatio et concessio robur optineat firmitatis, presenti scripto sigillum meum apposui. Hijs testibꝫ, Willmo Blundel clerico, Alano Norres, Roberto de Molyneus, Willmo Russel, Ada de Aynolnesdale, Roberto de Thorneton, Ricardo filio Ricardi de Thorneton, et alijs.

### XXXVIII. *Carta Ricardi Blundel de Ricardo filio Matilde cum sequela sua.*

OMNIBUS has literas visuris vel audituris, Ricardus Blundel salutem in dño. Noueritis me concessisse et confirmasse hac presenti carta mea et quietu ꝑ me et heredibꝫ meis imppetuum clamasse Deo et beate Marie de Stanlawe et monachis ibidem Deo seruientibꝫ ꝑ salute anime mee, antecessorum et successorum meorum Ricardum filium Matilde de Ynes cum sequela sua, sicut carta patris mei eidem confecta testatur. Ita quod de cetero ego vel heredes mei nullum ius vel clameum in predicto Ricardo vel secta sua, vel eorum catallis habere poterimus. Et ꝑ hac confirmatione et quietaclamatione dedit mihi predictus Ricardus xx. solidos sterlingorum. In cuius rei testimonium has literas meas eidem Ricardo feci patentes. Hijs testibꝫ, dño Rogero de Derby, Ada de Molyneus, Roberto fratre suo, Ada de Aynolnesdale, Johanne de Lee, Symone de Halsale, Henrico de Walton, Willmo Russel, et alijs.

---

servants and handmaids, but as brethren and sisters; and, receiving from them reasonable service according to their ability, take care in return that they shall suffer no want or injury; so that they are, to use the words of the apostle, as having nothing, but possessing all things."

XXXIX. & XL. *Carta, duplex, Willmi Blundel facta Willmo Blundel Juueni de quatuor bouatis terre in villa de Ynes.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Willmus Blundel dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Willmo Blundel Juueni ꝑ homagio et seruicio suo quatuor bouatas terre cum ꝑtinentijs in villa de Ynes, scilicet, illas duas quas Ricardus filius Rogeri quondam tenuit, cum Ricardo, et tota sequela sua, et illam quam Henricus Lenten quondam tenuit, cum ipso Henrico, et tota sequela sua, et illam quam Robertus Ougel quondam tenuit, cum ipso Roberto et tota sequela sua cum omnibȝ ꝑtinentijs et mesuagijs ad easdem ꝑtinentibȝ. Tenendas et habendas sibi et heredibȝ suis de me et heredibȝ meis ꝑ seruicium militare cum omnibȝ libertatibȝ et liberis consuetudinibȝ ad predictam villam de Ynes ꝑtinentibȝ libere, quiete, integre, ꝑ omnibȝ exactionibȝ et demandis, faciendo forinsecum, quantum ꝑtinet ad iiij. bouatas terre, unde nouem carucate terre et dimidia faciunt feudum unius militis. Et ego Willmus et heredes mei predictas quatuor bouatas cum ꝑtinentijs predicto Willmo et heredibȝ suis contra omnes homines et feminas warantizabimus et defendemus imppetuum. Hijs testibȝ, dño Ada de Molyneus,* Roberto fratre eius, Ricardo de Thorneton, Symone filio eius, Ada† de Aynolnesdale, Roberto filio Gilberti, Henrico de Waleton, Symone de Halsale, Waltero de Scaresbrek, Hugone le Norreys, et multis alijs.

---

* See ante, p. 491. † See ante, p. 493.

XLI. *Carta Willmi Blundel* facta Willmo Blundel Juueni de terra in Layrebrek.*

SCIANT omnes qui sunt et qui futuri sunt, quod ego Willmus Blundel dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Willmo Blundel Juueni totam terram meam de Layrebrek, scilicet medietatem totius ville cum hominibȝ ad predictam terram ptinentibȝ p homagio suo et seruicio sibi et heredibȝ suis. Tenendam et habendam de me et heredibȝ meis in feudo et hereditate libere, et quiete, honorifice, et pacifice, in campis, in silvis, in pratis, in pascuis, in stagnis, et molendinis, in aquis salsis et friscis, in moris et mariscis, in vijs, et semitis, p seruicium militis quantum ptinet ad sex bouatas terre, unde xxiiij. carucate terre faciunt feudum unius militis, p omnibȝ seruicijs et exactionibȝ et demandis mihi et heredibȝ ptinentibȝ. Ita quod ego et heredes mei hanc terram contra omnes homines sibi et heredibȝ suis warantizabimus. Hijs testibȝ, Waltero filio Swani, Willmo filio eius, Galfrido Larblaster, Willmo filio Anketyn, Grembalto de Hellale, Galfrido de Heckeston, Paulino de Gayrestang, Willmo de Tarnaker, Radolpho de Heckeston, et multis alijs.

XLII. *Carta Elie filij Henrici facta Ade filio Roberti de Aynolnesdale de terra in Rauensmeles.*

SCIANT omnes tam presentes quam futuri quod ego Elias filius Henrici dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Ade filio Roberti de Aynolnesdale pro homagio et

* William Blundel was a juror on the inquisition for the county of Lancaster, testa de Neville, and the jurors found, quod Willmus de Lancastria dedit tempore suo in maritagio quinque carucatas terre in duobus Eccliston et in Lairbrec quas Ricardus de Mulas, et Willmus Blundel, et Radulphus de Eccliston, et Walterus filius Swani, et Galfridus tenent.

seruicio suo quandam partem terre mee in villa de Rauenesmeles, scilicet, unam selionem que vocatur Langeland, que iacet inter Langeland dñi Henrici de Lee, et inter Langeland Johannis filij eius, et unum buttum in aquilonali parte de Stangerhau in feudo et hereditate. Tenend. et habend. de me et heredibȝ meis sibi et heredibȝ suis, iure hereditario, libere, et quiete, plenarie, et integre, cum communi pastura et alijs aisiamentis predicte ville de Rauenesmeles ptinentibȝ quantum ptinet ad dictum tenementum imppetuum. Reddendo inde annuatim ille et heredes sui mihi et heredibȝ meis unum par albarum cyrothecarum in die Pasche p omni seruicio, exactione, et demanda. Ita quod nec ego nec aliquis heredum meorum aliquid in predicta particula terre exigere possimus nisi predictas cyrothecas. Ego vero Elias et heredes mei predicto Ade et heredibȝ suis prefatam donationem contra omnes homines et feminas warantizabimus imppetuum. Hijs testibȝ, dño Willmo Blundel, dño Ada de Molyneus, Henrico de Lee, Johanne filio eius, Roberto de Molyneus, Ricardo de Thorneton, Roberto capellano qui hanc cartam scripsit, Edwyno Molyneus, Hugone filio Roberti, Willmo filio Edwyni, Roberto filio eius, et alijs.

### XLIII. *Carta Thome* comitis Lancastrie de Loco que vocatur Toxstath.*

UNIUERSIS sancte matris ecclesie filijs ad quos presens scriptum puenerit, Thomas Comes Lancastrie et Leycestr., senescallus Anglie, salutem in dño sempiternam. Noueritis nos dedisse, concessisse, et hac presenti carta nostra confirmasse Deo et beate Marie et Abbati et monachis nostris Loci

* This was Thomas, earl of Lancaster, see p. 4, who, according to Dr. Whitaker, though idolized by the monks, was both a weak man and a bad subject, bustling without vigour, and intriguing without abilities. Such, however, was not the judgment of former days. Like many other popular martyrs, his memory was

Benedicti de Whalleye illum locum integrum qui vocatur Tocstath, tam infra clausturam quam extra, et Smethedon, qui prius teneri solebat in defenso. Tenendum et habendum dictis Abbati et monachis et eorum successorib; dictum locum de Tocstath integrum et Smethedon, tam in venatione, quam in alijs quib;cunque, sine aliquo retenemento cum omnib; suis ptinentijs et cum liberis et sufficientib; introitib; et egressib;, sine aliqua perturbatione nostri vel heredum nostrorum' ad omnia sua necessaria carianda .... fuganda siue minanda de nobis et heredib; nostris in liberam puram et perpetuam elemosynam, quietam de omni seruicio seculari, exactione, et demanda, nichil nobis et heredib; nostris inde reseruando preter preces et orationes. Et

---

sanctified, miracles were even performed at his tomb, and a regular form of service was composed for his worship. A few extracts from it may not be uninteresting:

*Prosa.* Sospitati dat ægrotos precum Thome fusio;
Comes prius mox languentum adest in præsidio;
Relevantur ab infirmis infirmi suffragio.
Ergo laudes Thome sancto canamus cum gaudio
Nam devote poscens illum, statim procul dubio
Sospes regreditur.

*Sequentia.* O flos militum regalis,
Tuam hanc familiam
Semper conserves a malis,
Perducens ad gloriam. Amen.
O jam Cristi pietas,
Atque Thome caritas
Palam elucescit!
Heu! nunc languet equitas,
Viget et impietas,
Veritas vilescit.
Copiose caritatis
Thoma pugil strenue,
Qui pro lege libertatis
Decertasti Anglie,
Interpella pro peccatis
Nostris patrem glorie,
Ut ascribat cum beatis
Nos celestis curie. Amen.

nos vero dictus Thomas et heredes nostri dictis Abbati et monachis et eorum successoribꝫ dictum locum de Tocstath integrum, et Smethedon, cum omnibꝫ suis ꝑtinentijs, integritatibꝫ, et liberis introitibꝫ, et egressibꝫ, ut predictum est, contra omnes gentes warantizabimus et imppetuum defendemus. Considerantes etiam quod situs Abbathie sue de Whalleye minus sufficiens est, maxime propter defectum bosci ꝑ meremio ad monasterium suum de nouo construendum, et alias domos suas faciendas, ac ꝓpter defectum focalie, et ꝓpter districtionem et insufficientiam loci predicti ad blada et alia cariagia Abbathie necessaria, tam victualia quam alia quecunque.* Volentes quod ad honorem Dei et beate Marie locus habilis, et ꝑ Abbathia magis sufficiens et ydoneus, dictis Abbati et monachis et eorum successoribꝫ ꝓuideatur, Volumus quantum in nobis est, et, ꝑ nobis et heredibꝫ nostris, concedimus quod dicti religiosi, inhabilitatem et insufficientiam Loci predicti fugiendo, monasterium suum ab eo loco de Whalleye, quo ꝑ nobilem virum Henricum de Lascy, quondam comitem Lincoln, fundatum est, amoueant, et in dicto loco de Tocstath ubicunque sibi viderint expedire, ac de nouo construant et edificient. Quia vero dictus Henricus Comes, fundator dicte domus, mutato nomine de Whalleye voluit Locum Benedictum nominari, Nos predictus Thomas eam transferentes, et in loco quieti religiosorum competentiori collocantes volumus quod idem nomen optineat, et Locus Benedictus de Tocstath appelletur. Omnesque terras, possessiones, tenementa, iura, libertates, pasturas, prata, et omnia alia quecunque dicti Abbas et monachi habent ex donatione siue ex concessione alicuius predecessorum nostrorum eisdem et successoribꝫ suis imppetuum possidenda

* So little progress had been made in the building of the abbey of Whalley at this time, "that we find the monks still unsettled, dissatisfied with their situation, and calling upon their patron for a new translation. That place which heretofore seemed the great object of their wishes, had now become not convenient enough, principally for want of timber to build the new monastery and the other houses. So different is the language of hope and of possession." — Whitaker.

et habenda confirmamus, et eisdem iurib3, feoffamentis, et libertatib3 gaudeant apud Tocstath p nos translati, quib3 gaudere solebant apud Whalleye p predictum Henricum de Lascy prius fundatorem. Et quod illud idem ius ibidem imppetuum habeant tam in libera chacea et in omnib3 ad eam ptinentib3, quam in alijs quib3cunque sicut et nos melius et liberius prius habuimus, et ita libere et quiete sicut aliqua elemosyna liberius et quietius dari potest vel concedi. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum nostrum fecimus apponi. Hijs testib3, dñis Roberto de Holand, Willmo Tuchet, Willmo de Holond, Hugone de Cuylli, et Willmo de Dacre militib3, Edmundo de Neuille tunc vicecomite Lancastrie, Roberto de Norres, Johanne fratre eius, Ada de Hybernia, Ricardo le Molyneus de Sefton, Matheo de Haydok, Roberto de Schireburn, et alijs. Dat. apud Whalleye in festo sancti Jacobi Apostoli anno dñi m° ccc° xvj$^{mo}$.

### XLIII. XLIV. *Confirmatio, duplex, domini Regis de donatione Thome Comitis Lincoln de Tocstath.*

EDWARDUS Dei gratia rex Anglie, dñus Hibernie et dux Aquitanie, omnib3 ad quos presentes litere puenerint salutem. Inspeximus cartam quam dilectus consanguineus et fidelis noster Thomas, Comes Lancastrie, fecit Deo et beate Marie et Abbati et monachis Loci Benedicti de Whalleye in hec verba. Uniuersis sancte matris ecclesie filijs (*&c. ut supra*). Nos autem donationem, concessionem, et confirmationem predictas ratas habentes et gratas eas p nobis et heredib3 nostris prefatis Abbati et monachis et successorib3 suis quantum in nobis est concessimus et confirmauimus sicut carta predicta rationabiliter testatur. Nolentes quod prenominatus Comes Lancastrie vel heredes sui aut prefati Abbas et monachi seu successores sui ratione premissorum seu statuti de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis editi p nos vel heredes

[redacted]



nostros justiciarios, escaetores, vicecomites, aut alios balliuos, seu ministros nostros quoscunque occasionentur, molestentur in aliquo, seu grauentur. In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste meipso apud Ebor. xxiij. die Nouembr. anno regni nostri decimo.

---

EXPLICIT TITULUS DECIMUS DE ALTE, YNES, CADEWALISSET, ET TOCSTATH, IN QUO CONTINENTUR CARTE ET SCRIPTA SIGILLATA QUADRAGINTA QUATUOR.

---

## Incipit titulus undecimus de compositionibus inter Abbathiam Cestrie et nos et Norton.

### I. *ffinalis concordia inter Abbatem Cestrie de decimis de Staneye cum tribus sigillis.*

NOUERINT tam posteri quam presentes quod controuersia que versabatur inter ecclesiam sancte Wereburge* de Cestria et ecclesiam de Benedicto Loco, siue de Stanlawe, super decimis de Staneya† hoc modo ꝑpetualiter sopita est, videlicet, quod ecclesia de Benedicto Loco, siue de Stanlawe, reddet annuatim ecclesie sancte Wereburge duas petras de cera, unam infra oct. passionis apostolicorum Petri et Pauli, et aliam ad festiuitatem

---

* Edgar, king of yᵉ Mercians, anno 858, founded this abbey, and endowed it with several lands specified in his charter.—See Bishop Gastrell's *Notitia Cestriensis.*

† At Domesday the monastery seems to have been possessed of some lands in this township, that record stating, Staney—de hac terra v. acra fuit et esse debet sancte Werburge: canonici calumpniantur, quia injuste perdunt. The manor was subsequently granted to the barons of Halton, and was granted (see p. 1,) by John, constable of Chester to the abbey of Stanlawe. The tithes, however, remained attached to the abbey of St Werburg. This charter is referred to by Ormerod as taken from the chartulary of St. Werburg, and it shows that the township was anciently a part of the parish of Eastham. Ormerod places the date in the time of Henry III., but an earlier date may be assigned with certainty; for there appears to have been only one Robert abbot of Chester after the foundation of Stanlawe, viz. Robert de Hastings, from 1186 to 1194; and the confirmation is by Archbishop Baldwin, who filled the see of Canterbury from 1185 till 1191.

sancti Michaelis. Et ipsa sepedicta ecclesia de Benedicto Loco, siue de Stanlawe, solute et quiete habebit omnes decimas et omnes alias obuentiones totius terre de Staneya et eius ꝑtinentijs, quam fratres prefate ecclesie ꝓprijs manibȝ vel sumptibȝ excoluerint, et quicquid ipsi habuerint, siue in nutrimentis animalium, siue in alijs rebus, unde decime dari solent, absque omni calumpnia et reclamatione ecclesie sancte Wereburge. Ita tamen quod quamdiu homines seculares in Staneya manserint, ipsi omnia ecclesiastica iura sue matricis ecclesie de Hesteham ꝑsoluant, prout fecerunt ante aduentum monachorum ad Stanlawe. Et ecclesia sancte Wereburge prefatam ecclesiam ꝓ hijs duabȝ petris de cera ab omni exactione ecclesie de Hesteham, cui villa de Staneya parochiali iure subiacebat, ꝑ omnia defendet. Et ut hec conuentio inconcussa ꝑsistat in posterum idcirco eam appositione sigillorum dñi Roberti Abbatis de Cestria, et Radulphi Abbatis de Buldewas, Johannis Abbatis de Cumbermara, corroborari volumus.

II. *Carta de Norton de decimis de duabus bouatis terre de Staneya et Eston.*

SCIANT omnes tam presentes quam futuri quod controuersia que vertebatur inter monachos de Loco Benedicto et canonicos de Norton super decimis quibȝdam sub hac transactione sopita conquieuit, videlicet, quod monachi de loco Benedicto singulis annis ad festum sancte Marie Magdalene dabunt canonicis de Norton ꝓ duabus bouatis terre in Staneya, et decima dñij eiusdem ville, et ꝓ decimis de Eston, quas sibi vendicabant, v. solidos. Et ut hec pacis et concordie transactio ꝑpetuis temporibȝ inviolabiliter obseruetur placuit ut hec eadem pacis forma utriusque monasterij confirmetur sigillis. Hijs testibȝ, Johanne Constab. Cestrie, Hugone de Dutton, et Ada fratre eius, Bertramo camerario, Ric. de Mora, Wrenou Punterlynk, Johanne capellano, Gilb. monacho de Cumbermere, et toto capitulo Cestrie.

III. *Confirmatio Baldwini archiepiscopi Cantuarensis de finali concordia facta inter Abbatem Cestrie et canonicos de Norton et nos de decimis.*

B. Dei gratia Cant. Archiepiscopus totius Anglie primas, et apostolice sedis Legatus, uniuersis Cristi fidelib3, ad quos presens scriptum pueenerit, eternam in dño salutem. Dilecti filij nostri monachi de Stanlawe nobis pposuerunt quod cum controuersia inter ipsos et monachos sancte Wereburge de Cestria super decimis de Staneia verteretur, et similiter inter eosdem monachos de Stanlawe et canonicos de Norton super duab3 bouatis terre in Staneia, et super decimis dñij eiusdem ville, et super decimis Maurich Eston, questio mota fuisset, tandem partib3 in pacis unitate et concordie bonum consentientib3, utraque questio amicabili compositione est sopita, et in libellos cyrographorum redacta, quos prefati monachi de Stanlawe nobis fecerunt presentari. Unquam puidere desideramus ne ea que concordia interueniente rationabiliter terminata sunt in recidine questionis scrupulum deducantur. Nos utramque compositionem, sicut iuste et sine fraude aliqua facta est, firmam esse concedimus, et sigilli nostri appositione communimus. Hijs testib3, magistro Henr. de Norhampton, magistro Siluro, Ragm. de Cylly, Willmo Prudhom, Ricardo de Hunfrayuille, Salomone clerico, Galfrido forti, et alijs.

IV. *Compositio inter Abbathiam Cestrie et nos de marisco.*

HEC est finalis concordia inter Abbathiam de Wereburge de Cestria et Abbathiam sancti Benedicti de Stanlawe, coram dño R. comite Cestrie et R. de Lascy constabulario, facta, et in pleno comitatu recitata, Anno incarnationis dñice m° cc° ix. H.* et

* i.e. Hugh de Grylle, abbot of Chester, who was elected 1208, and died 21st April,

R. de Cestria et de Stanlawe Abbatibȝ. Prouisum est in primis, ut monachis Cestrie remaneat Alfrichesholm, cum omnibȝ ꝑtinentijs suis, integre, et quiete. Monachi vero de Stanlawe habebunt libere et quiete imppetuum totam terram et mariscum quod iacet inter Holmlake et Holpul, sicut descendunt in Teruen, et inde faciant, sicut de suo ꝓprio, piscariam si voluerint, et molendinum fullereȝ si velint, et omnia alia commoda sua et aisiamenta que inibi fieri possunt absq. detrimento molendinorum et piscariarum monachorum Cestrie et absque retentione et mutatione cursus predictarum aquarum. Saluis piscarijs monachorum de Stanlawe in eodem Pul. Ita quod ijdem monachi de Stanlawe non eleuabunt stagnum suum super altitudinem riparum eiusdem Pul. Quod si predicte aque cursum suum ꝑ inundationem aquarum ut fieri solet, mutauerint, salua erit utrique domui terra quam tempore facte compositionis habebat. Item si superius molendinum monachorum Cestrie impetu aquarum vel instabilitate terre, vel aliquo casu, defecerit, et in loco quo nunc est affirmari competenter non poterit, liceat monachis Cestrie loco competentiori infra prenominatos Holmlake et Holpul, ubi sibi viderint expedire, molendinum suum super aquam de Teruen assidere et ad terram monachorum de Stanlawe attachiare et affirmare. Conuenit et quod monachi de Stanlawe inuenient monachis de Cestria, singulis annis, viij. diebȝ ante natiuitatem beati Johannis bapte, in marisco suo loco competenti, tam ad falcandum quam ad ducendum, sumptibȝ Abbatis Cestrie, xxiiij. carratas cooperimenti unaquamque carratam sex bouum. Item si forsitan placuerit Abbatibȝ et monachis utriusque domus piscariam facere de subtus molendinum monachorum Cestrie versus Mersee utraque domus medietatem suam faciet, et suam medietatem commodi ꝑcipiet. Prouisum est etiam inter eos de via que ducit de Wyrhale usque ad pontem fusteum inter molendinum

---

1226; and Ralph, the first abbot of Stanlawe, who is said to have died on the feast of St. Bartholomew, 1209. This must have been one of his last acts.

monachorum Cestrie quod ipsa erit xxx. pedum in latitudine, incipiens a fossato bercarie monachorum de Stanlawe, p loca rectiora et duriora, usque ad predictum pontem, et de ponte erit via eiusdem latitudinis usque ad molendinum monachorum Cestrie. Et ut ista conuentio inter predictas Abbathias de Cestria et de Stanlawe firma pmaneat et inconcussa dñi R. Comitis Cestrie et R. de Lascy Constab. et utriusque domus Abbatum sigillorum appositione est roborata. Hijs testibȝ, R. comite Cestrie. R. constab. Cestrie, Philippo de Orreby tunc Justic. Cestrie, H. de Aldilegh, P. clerico, H., T., et R. dispensar., Johe de Pratellis. Norm. de Pantous, Guar. de Vernon, Willmo de Venables, Roberto Patricio, magistro Alano, magistro Johanne de sancta Maria, magistro Hugone de Sancta Werburga, et multis alijs.

### V. *Compoſitio inter Abbatem Ceſtrie et nos de Holm, calceis, et vijs, et pontibus.**

CUM mota esset contentio inter dñum Symonem Abbatem et conuentum Cestrie ex parte una, et dñum Robertum Abbatem et conuentum de Stanlawe ex altera, super quandam plateam terre inter campos de Aldricheholm et quendam Pul,

* The ledger book of St. Werburg contains an agreement between the monks of Stanlawe and St. Werburg, relative to the mills and fisheries in Tarvin water between Stanlawe and Ince; and a covenant on the part of the monks of the first to maintain a road of thirty feet in width through their domain, "versus Wyrhale directe extendentem usque ad altam calceam inter abbatiam de Stanlawe et grangiam de Staneya." The bridges on the Ince side to be maintained at the expense of Chester Abbey, "unum ad bigas et plaustrum, et aliud ad equites et pedites," and those towards Wirral at the expense of Stanlawe. The monks of Chester, as lords of Ince, also agree, that the monks of Stanlawe and their successors and free men shall have passage "bigis et plaustris in perpetuum per viam que ducit a molendinis de Ynes."

Of these roads, that, which formed the communication between Ince and Stanlawe, much to the inconvenience of this part of Cheshire, has been disused beyond

qui vocatur le Holpul, versus mariscum de Stanlawe ex parte occidentali iacente, predictis Abbate et conuentu Cestrie dictam plateam esse de solo et territorio suo de Alrichesholm asserentibȝ, dictis Abbate et conuentu de Stanlawe ipsam ad se pleno iure pertinere contendentibȝ, ac etiam super quodam chymino, habend. a dicta terra ipsorum Abbatis et conuentus Cestrie de Alriches ad molendina sua de Ynes. Tandem dicta contentione omnino cessante, unanimi consensu inter partes amicabiliter conuenit, quod dicta platea terre inter easdem partes equaliter diuideretur. Ita quod pars superior versus Abbathiam de Stanlawe dictis Abbati et conuentui de Stanlawe et eorum successoribȝ, ad omne commodum suum inde faciendum imppetuum remanebit. Pars vero altera versus Alriches tam extra vetus fossatum quod includit pratum ipsorum Abbatis et conuentus de Stanlawe quam nouum inter partes pro diuisis factum usque ad medietatem fundi dicti noui fossati, et ad aperturam veteris fossati, predictis Abbati et conuentui Cestrie et eorum successoribȝ et assignatis ad omnimodum commodum suum inde faciendum, soluta et quieta sine aliqua contradictione dictorum Abbatis et conuentus de Stanlawe vel eorum successorum aut assignatorum imppetuum remanebit. Concesserunt etiam predicti Abbas et conuentus de Stanlawe ꝑ se et successoribȝ suis, quod predicti Abbas et conuentus Cestrie et eorum successores assignati et homines habeant imppetuum unum chyminum ad plaustra et bigas a dicta terra sua de Alriches ad molendina sua de Ynes inter fossatum prati dictorum Abbatis et conuentus de Stanlawe et aquam de Teruen descendendo usque ad corneram siue extremitatem dicti fossati ꝑpinquiorem superiori molendino de Ynes. Ita quod tota terra et mariscus ubique inter aperturam dicti fossati et ipsam aquam ad faciendum chyminum et omnimodum aliud commodum quod simul possit fieri

the memory of man; the other part, leading from Stanlawe to Stanney, crossed a piece of land called Pooles Wharf, and was swept away by an inundation into the Mersey, about the middle of the last century." — *Ormerod.*

et sibi viderint expedire sine dampno prati et fossati dictorum Abbatis et conuentus de Stanlawe eisdem Abbati et conuentui Cestrie eorumque successoribꝫ vel assignatis imppetuum remaneat, et a predicta cornera dicti fossati ijdem habebunt nouem pedes sicut signati sunt de terra ipsorum Abbatis et conuentus de Stanlawe in latitudine descendendo usque ad ppriam terram dictorum Abbatis et conuentus Cestrie ad chyminum faciendum, sicut superius est notatum. Ita quod ijdem Abbas et conuentus de Stanlawe et eorum successores ac homines liberum habeant transitum p dictum chyminum in eundo versus pratum eorum, et inde redeundo, quoties sibi viderint expedire sine impedimento dictorum Abbatis et conuentus Cestrie et eorum successorum vel asssignatorum. Prefati vero Abbas et conuentus Cestrie et sui successores hoc solo contenti aliud chyminum, viam, vel semitam versus dictam terram suam de Alrichesholm p mariscum dictorum Abbatis et conuentus de Stanlawe, alibi in posterum se iure vel consuetudine non requirent, nec ipsos super hoc aliquatenus inquietabunt. Conuenit etiam inter partes. predictas quod dicti Abbas et conuentus Cestrie et eorum successores facient et competenter sustinebunt duos pontes locis consuetis inter campum de Ynes et pontem ultra aquam de Teruen, scilicet, unum ad bigas et plaustra, et alium ad equites et pedites, et tertium pontem vel calceam ad bigas et plaustra ultra fossatum campi de Ynes. Concesserunt insuper dicti Abbas et conuentus de Stanlawe p se et successoribꝫ suis dictis Abbati et conuentui de Cestria ac eorum successoribꝫ et hominibꝫ tam equitibꝫ quam peditibꝫ liberum transitum imppetuum p calceam ab ipsis Abbate et conuentu de Stanlawe factam et p eosdem faciendam super fossatum eorum ab aqua de Teruen usque ad diuerticulum vie ducentis ab ipsa calcea versus Abbathiam de Stanlawe, et ab ipso diuerticulo predicte partes tam Abbas et conuentus Cestrie quam Abbas et conuentus de Stanlawe et eorum successores calceam super idem fossatum dictorum Abbatis et conuentus de Stanlawe versus Wyrhale directe extendentem usque ad altam calceam inter Abba-

thiam de Stanlawe et grangiam de Staneya communibȝ sumptibȝ equaliter ad equites et pedites facient, et imppetuum sustinebunt. Bigis et plaustris si que venerint p viam veterem que iuxta est xxx. latitudinis pedes continens transituris. Ita tamen quod dñi Abbas et conuentus de Stanlawe et eorum successores pontem ultra aquam de Teruen et alios pontes versus Wyrhale, quos prius facere consueuerunt, pprijs sumptibȝ facient et imppetuum sustinebunt. Concesserunt insuper predicti Abbas et conuentus Cestrie p se et successoribȝ suis, quod dicti Abbas et conuentus de Stanlawe ac eorum successores et homines liberum habeant transitum imppetuum cum bigis et plaustris et vecturis p viam que ducit a molendino de Ynès trans campum subtus villam a parte occidentali usque ad le Portway ducentem a dicta villa de Ynes versus Cestriam. Ita quod ex tunc ipsam altam viam teneant equitibȝ et peditibȝ p semitas usitatas libere transituris et alibi nichilominus p vias communes et usitatas in terris suis, ubi ceteri vicini communiter transire consueuerunt. Predicti vero Abbas et conuentus de Stanlawe p se et successoribȝ suis vice versa concesserunt quod dicti Abbas et conuentus Cestrie eorumque successores et homines p omnes terras dictorum Abbatis et conuentus de Stanlawe in forma prescripta liberum habeant transitum imppetuum sine impedimento eorum vel successorum suorum. Indempnitate utriusque partis in bladis, pratis, et pasturis, penitus obseruata. Et ut hec amicabilis compositio inter partes facta stabilis et firma preseruet imppetuum, ceteris conuentionibȝ inter easdem factis presentem compositionem non tangentibȝ nichilominus in suo robore pmanentibȝ, presenti scripto in modum cyrographi confecto partes alternatim sigilla sua fecerunt apponi, et eandem in plena curia comitatus Cestrie recitatam, in rotulo qui dicitur Domesday* pcuraue-

* This was a roll of great authority, called the Cheshire Domesday, the contents of which consisted of final concords, acquittances of claims, grants to monasteries and individuals, and confirmations. The dates, says Ormerod, were frequently peculiar, referring to the time when Earl Hugh II. was knighted, or when Randle

runt irrotulari. Testibꝫ, dñis Guncelino de Badlesmere tunc Justiciario Cestrie,* Petro de Arden, Uriano de sancto Petro, Willmo de Venables, Hamone de Mascy, Radulpho de Vernon, Willmo Lancel, Patricio de Haselwall, Rogero de Douneuill, Philippo de Benuill, Ric. de Mascy, militibꝫ, Rad. de Monte alto, Willmo de Haworthyn tunc vicecomite Cestrieshir, Johanne de Wetenhal, Willmo de Bunebury, Willmo Bernard, Petro de Thorneton, Roberto de Pul, Rob. Brescy, Philippo clerico de Cestria, et alijs.

### VI. VII. *Compositio, duplex, inter Abbatem Cestrie et nos de marisco.*

HEC est finalis concordia facta in pleno comitatu Cestrie die martis prox. ante festum beati Thome apostoli anno dñi mº ccº lxxº septimo coram domino Guncelino de Badelesmere tunc Justiciario Cestrie, dñis Patricio de Haselwall, Rogero de Douneuill, Willmo de Wystanton, militibꝫ, et alijs fidelibꝫ dñi Regis et ibidem presentibꝫ inter dompnum Symonem Abbatem et conuentum sancte Werburge Cestrie, petentes ꝑ breue de rationabilibꝫ diuisis mariscum iacentem ante portas Abbathie de Stanlawe in latitudine de Londpul, siue Elpul, directe ꝑ quendam lacum veterem

III. returned from the Holy Land. The original was lost or stolen between 1580 and 1647, but copies of a portion of it remain in the library at Eaton, and in the College of Arms.

* Many of these witnesses may be found in the pedigrees given by Ormerod in his history of Cheshire, and in his lists of judges and sheriffs. Gunceline de Badelesmere was judge of Chester from 1275 to 1281, see ante, p. 358. Peter de Arderne, lord of Aldford, son and heir of Walkelyn de Arderne, Justice of Chester 37—42 Henry III., the ancestor of the lords Alvanley, was living 17 Edward I. Urian de St. Pierre was living 44 Henry III., see ante, p. 486. Sir William Venables, baron of Kinderton, the ancestor of the present Lord Vernon, baron of Kinderton, died 20 Edward I. Hamo de Masci, baron of Dunham Massey, was living 6 Edward I. Ralph de Vernon, vide ante, p. 479. Patricius de Haselwall was sheriff of Cheshire 5 Edward I. See p. 354 for Ralph de Montalt, who appears to have been a clerk. William de Hawardyn was sheriff of Cheshire, 7 Edward I., A.D. 1279.

usque in Whitebypul, et in longitudine usque in aquam que vocatur Mersee, et viros religiosos dompnum Robertum Abbatem et conuentum de Stanlawe defendentes, videlicet, quod predicti Abbas et conuentus Cestrie remiserunt et ꝑ se et successoribȝ suis imppetuum quietuclamauerunt predictis Abbati et conuentui de Stanlawe et eorum successoribȝ totum ius et clameum quod habuerunt vel aliquo modo habere poterunt in dicto marisco infra diuisas prenotatas. Salua tamen eisdem Abbati et conuentui Cestrie eorumque successoribȝ et hominibȝ eorum de Whiteby communa pasture siue pastura in eodem marisco ad equos et equas seu pullanos hominum suorum de Whiteby ad quadraginta complete, et non ultra, a festo inuentionis sancte crucis continue usque ad festum exaltationis eiusdem singulis annis imppetuum sine impedimento dictorum Abbatis et conuentus de Stanlawe et eorum successoribȝ ibidem pascend. cum libero introitu et exitu sine impedimento, facto, opere, aut machinatione quacunque. Ita quod nec dicti Abbas et conuentus sancte Werburge Cestrie nec eorum successores nec aliquis ꝑ eos seu nomine eorum aliquid iuris vel clamei in dicto marisco preter pasturam ad xl. animalia hominum suorum de Whiteby, sicut superius dictum est, de cetero exigere vel vendicare poterunt. Nec dicti Abbas et conuentus de Stanlawe vel eorum successores dictam pasturam animalibȝ quibȝcunq. in terminum onerabunt, quin antedicti Abbas et conuentus Cestrie et eorum successores et homines eorum de Whiteby ad xl. equos et equas et pullanos in forma prenotata pasturam possint habere ibidem, sicut prius habere consueuerunt. Pro hac autem remissione et quietaclamatione predicti Abbas et conuentus de Stanlawe dederunt Abbati et conuentui de Cestria xxiiij. libras argenti. In cuius rei testimonium partes alternatim huic finali concordie in modo cyrographi confecte sigilla sua fecerunt apponi et in rotulo qui vocatur Domesday ꝓcurauerunt irrotulari. Acta anno regni regis Anglie dñi Edwardi vj$^{to}$.

VIII. *Compositio inter Abbathiam Cestrie et nos de bruera, pastura in eadem, et turbis.*

CUM mota esset contentio super divisis inter Whiteby manerium Abbatis et conuentus Cestrie et Staneye manerium Abbatis et conuentus de Stanlawe super bruera inter dictam villam de Whiteby et diuisas inferioris ville de Staneye iacente inter dictos Abbatem et conuentum Cestrie p̄ breue de rationabilibꝫ diuisis petentes, et dictos Abbatem et conuentum de Stanlawe defendentes, tandem dicta contentio in crastino epiphanie anno regni regis Edw. sexto ad instantiam nobilis viri dñi Henrici de Lascy, comitis Linc., et constab. Cestrie, conquieuit in hunc modum, videlicet quod dicti Abbas et conuentus Cestrie elegerunt sex liberos et legales homines de vicineto Cestrieshir, scilicet, dñum Patricium de Haselwall, militem, Philippum de Benuille, Robertum de Pulle, Willmum de Broxen, Willmum de Bulkelegh, et Ricardum de Mascy de Moreton, et Abbas et conuentus de Stanlawe totidem elegerunt, videlicet, dñum Rogerum de Douneuille, Alex. de Benuille, Willmum Lancel, Bertramum de Meeles, Gydropum de Millyngton, Robertum de Brescy. Qui quidem xij. de expresso consensu partium elegerunt et associauerunt sibi tertium decimum, scilicet, Ricardum de Mascy, tunc vic. Cestrieshir, qui omnes in presentia dñi Guncelini de Badelesmere tunc Justiciarij Cestrie, iurati dixerunt et p̄ sacramentum suum recognouerunt, quod recte diuise inter dicta maneria de Whiteby et de Staney in dicta bruera extendunt se ab antiquis diuisis inter campos arabiles dictorum maneriorum directe ex transuerso versus occidentem usque ad quandam viam communem que extendit se a villa de Whiteby* versus Cestriam subtus Corhull, quam

---

* This was a causeway by which the monastery communicated with the road from Whitby to Chester. It ran over a piece of land formerly called Green Worthe,

quidem viam vocabant le Portway, et sic sequendo illam viam p foueas p ipsos iuratos factas usque ad quendam siketum qui vocatur ffindale, et sic sequendo ffindale usque ad diuisas Staneye superioris et Staneye inferioris. Saluo dictis Abbati et conuentui Cestrie eorumque successorib3 et eorum hominib3 chymino competenti ab orientali parte ville de Whiteby hominib3 et equis onustis absque bigis et plaustris quod prius habere solebant. Quorum vero juratorum veredicto in presentia dicti Justiciarij et aliorum ibidem existentium publicato. Idem justiciarius iudicialiter pnunciauit quod partes ipsas diuisas p ipsos iuratores tunc factas firmas imppetuum habeant et stabiles. Et cum post ipsas diuisas in forma predicta inter dicta maneria factas ijdem Abbas et conuentus de Stanlawe peterent communam pasture animalib3 suis de Staneye, et etiam turbariam in brueris de Sutton et de Whiteby versus predictos Abbatem et conuentum Cestrie, tandem contemplatione predicti Comitis et aliorum amicorum communium interuentium inter partes ita conuenit, videlicet, quod dicti Abbas et conuentus Cestrie concesserunt p se et successorib3 suis, quantum ad se ptinet, quod antedicti Abbas et conuentus de Stanlawe et eorum successores habeant communam pasture animalib3 suis de Staneye in dictis brueris, scilicet, a cornera noui fossati quod diuidit inter predicta maneria de Whiteby et de Staneye ascendendo directe versus duos dumos stantes in campo de Capenhurst versus Molynton, put fouee et fossata et signa de consensu partium in dictis brueris sunt facta usque ad diuisas inter Sutton et Capenhurst sine contradictione dictorum Abbatis et conuentus Cestrie vel eorum successores. Ita quidem quod nec

and latterly Pooles Wharf, held with the township of Poole under the Gleyves and Titheringtons, and stretching between the Mersey and the township of Great Stanney to Poole. About seventy years ago, says Ormerod, this piece of land, then reduced to one hundred and twenty acres, was swept entirely away by the violence of the Mersey, and the communication with Ince having been long lost, this place (Stanlawe) is now without any legal road, the trackway over the marshes to Stanney being only on sufferance.

dicti Abbas et conuentus de Stanlawe nec eorum successores nec aliquis nomine eorum aliquid iuris vel clamei, seu commune cuiuscunque ultra dictas foueas, fossata, vel signa, versus dictas villas de Whiteby et de Sutton clamabunt, exigent, seu vendicabunt imꝑpetuum. Concesserunt insuper predicti Abbas et conuentus Cestrie quod prefati Abbas et conuentus de Stanlawe et eorum successores habeant annuatim viginti nouem carratas turbarum in bruera de Whiteby et non plures ꝑ has diuisas, scilicet, a cornero dicti fossati inter Whiteby et Staneye ꝑ diuisis facti linealiter usque ad veterem crucem super bruera de Sutton a foueis et signis inter dictum fossatum et crucem directe factis versus paruum Staneye et Cherleton fodiendorum sine impedimento sui vel successorum suorum. Saluis tamen predictis Abbate et conuentu Cestrie eorumque successoribȝ dñio suo et omnimodis appropriamentis suis in eisdem brueris de Whiteby et de Sutton quandocunque sibi viderint expedire faciendis. Ita tamen quod ꝑ nimia appropriamenta ipsorum dicti Abbas et conuentus de Stanlawe et eorum succcessores non impediantur quin habeant rationabilem pasturam in dictis brueris animalibȝ suis de Staneye sine suponeratione tamen infra predictas diuisas, et prefatas xxix. carratas turbarum in loco predicto fodiendarum. Ac etiam saluis omnibȝ hominibȝ dictorum Abbatis et conuentus Cestrie turbarijs, pasturis, aisiamentis, et omnibȝ alijs commoditatibȝ, que in dictis brueris ubique ante confectionem presentis scripti habere solebant sine contradictione, machinatione, impedimento, opere vel facto dictorum Abbatis et conuentus de Stanlawe vel eorum successorum imꝑpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto in modum cyrographi de expresso consensu partium confecto partes alternatim sigilla sua fecerunt apponi et in rotulo qui vocatur Domesday ꝑcurauerunt irrotulari. Hijs testibȝ, predicto dño Guncelino tunc Justiciario Cestrie, et xiij. iuratis superius nominatis, Ada de Chetewynd, magistro Johanne de Stanlegh, Johanne de Wetenhale, Ada de Putington, Hugone de Durham, Willmo Bernard, Willmo de Bunebury, et alijs.

IX. *Compositio inter Abbathiam Cestrie et nos de marisco.*

ANNO gratie m° cc° xl. primo, iij° non. Augusti, facta est quedam amicabilis compositio inter dñum Rogerum Abbatem et conuentum Cestrie ex una parte, et dñum Karolum Abbatem et conuentum de Stanlawe ex altera, videlicet, quod cum mota esset contentio super marisco iacente in latitudine de Whitebypul directe p quendam lacum veterem usq. in Landpul siue Elpul, et sic p Elpul usque ad portam Abbathie usque in aquam que dicitur Teruen, comprehensa infra has diuisas pastura que dicitur Biflet, et in longitudine de predicto veteri lacu p Whitebypul, usque in Mersee, Abbate Cestrie p se et conuentu suo totum dñium dicti marisci vendicante, Abbate vero de Stanlawe p se et conuentu suo dñium eiusdem marisci, salua hominibꝫ Abbatis Cestrie in Whiteby communa pastura ad equos et equas pprias, quotquot habuerint, in marisco predicto, similiter sibi vendicante. Tandem inter partes ita conuenit quod saluo utrique parti iure pprietatis super dicto marisco usque ad legitimam etatem heredis nobilis viri Johannis de Lascy, comitis Lincoln et constabularij Cestrie, Abbas Cestrie et homines sui de Whiteby habeant super dictum mariscum equos et equas et pullos usque ad xl. et non plures, Abbas vero de Stanlawe totidem similiter et non plures. Et quod sit etiam idem mariscus communis pastura ad pprios bidentes Abbatis de Stanlawe et nulla alia animalia, et ad pprios bidentes hominum de Whiteby, et ad bidentes Abbathie Cestrie et nulla alia animalia, quam cito Abbas Cestrie aliquod dñicum in manu sua ceperit et excoluerit in territorio de Whiteby. Et sciendum quod licebit Abbati Cestrie et hominibꝫ de Whiteby tot habere bidentes de pprijs in dicta pastura, quot et Abbathie de Stanlawe, et e conuerso. Et si partes viderint dictam pasturam nimis oneratam, de assensu eorundem partium fiat amensuratio ad partis utriusque commoditatem. Cum autem dictus heres ad etatem legiti-

mam puenerit neutra pars aliquid sibi iuris quantum ad possessionem vel pprietatem occasione huius conuentionis vendicabit preter id ius quod die conuentionis eiusdem sibi competijt. In cuius rei testimonium appositis signis Abbas et conuentus Cestrie parti huius scripti duplicati que penes Abbatem et conuentum de Stanlawe remansit, idem Abbas de Stanlawe p se et conuentu suo sigillum suum apposuit, alteri parti predicti scripti penes Abbatem et conuentum Cestrie remanenti. Hijs testib;, ffratre Henr. tunc priore fratrum predicatorum Cestrie, dñis Willmo de Vernon, Warino de Vernon, Hamone de Mascy, Galfr. de Dutton, magistro Andrea de Sancta Maria, magistro Johanne de Donynton, Ricardo de Kyngesle, Ada de Hellesby, Ricardo de Coudray, et alijs.

### X. *Compositio inter Abbathiam Cestrie et nos de pastura super marisco.*

HEC conuentio facta inter Abbatem et conuentum Cestrie ex una parte, et Abbatem et conuentum de Stanlawe ex altera, super pastura bidentium inter Whitebypul et Landpul, siue Elpul, unde prius conuentio facta fuit inter eos, videlicet, quod Abbas et conuentus Cestrie concesserunt usque ad legitimam etatem Edmundi de Lascy, filij Johannis de Lascy, quondam Comitis Lyncoln, Abbati et conuentui de Stanlawe totam pasturam quam habuerunt ibidem ad bidentes suos p conuentionem prius factam, salua omnib; hominib; Abbatis de Whiteby communa dicte pasture put ante conuentionem primo factam habuerunt. Et salua Abbati et conuentui Cestrie pastura sicut etiam hominib; suis p portione terre quam in manu sua tenent in territorio de Whiteby, scilicet, equarum, pullanorum, et aueriorum. ffinito vero termino cum dictus Edmundus ad legitimam puenerit etatem, fiat hinc inde secundum quod in prima conuentione super eadem pastura prius facta plenius continetur. Pro hac autem concessione dederunt Abbas et conuentus de Stanlawe

Abbati et conuentui Cestrie, xx. marcas. Hoc expresso quod omnes alie conuentiones inter eos inite preter illam de bidentibȝ firmiter teneantur, secundum tenorem instrumentorum inter eos confectorum. Partes vero remiserunt ad inuicem omnes iniurias sibi et hominibȝ suis vel ab hominibȝ suis illatas ante diem et usque ad diem istius conuentionis facte. Et renunciauerunt impetrationi literarum dñi pape, et etiam dñi Regis, et usui earundem quas super hanc impetrarunt. Hanc autem conuentionem utraque pars ꝑmisit fideliter obseruare. In cuius rei testimonium presens scriptum duplicatum sigillis partium est hinc inde roboratum. Hijs testibȝ, dñis J. de Grey tunc Justiciario Cestrie, R. de monte alto senescallo Cestrie, Willmo de Grey, R. de Vernon, H. de Torbok, Galfrido de Dutton, magistris A. de Tawell tunc officiali Cestrie, J. de Donyngton, H. de Lega, R. de Coudraye, et G. clericis, R. de Hulton, Willmo de Croxton, R. de Toft, R. de Pulford, et alijs. Acta apud Cestriam id. Januar. anno regni Regis Henrici filij regis Johannis xxx°.

### XI. *Compositio de decimis de Meurik Aston inter priorem de Norton et nos.*

NOUERINT uniuersi ꝑ presentes quod cum contentio mota esset inter religiosos viros priorem et conuentum de Norton ex parte una, et Abbatem et conuentum de Whalleye, Cisterciensis ordinis, ex altera, super decima garbarum ꝓuenientium de terris et possessionibȝ de villa de Meurik Aston in hundredo de Halton, cum dicti religiosi de Whalleye dictas terras et possessiones suas dicte ville de Meurik Aston alijs dimiserunt excolendas, demum amicabili compositione interueniente conquieuit in hunc modum, videlicet, quod dicta decima quamdiu dicte terre et possessiones de Meurik Aston ꝑ dictos Abbatem et conuentum de Whalleye et successores ipsorum fuerint tradite alijs excolende, ꝑ equali portione inter dictum Priorem de Norton et conuentum suum

et successores suos et dictum Abbatem de Whalleye et conuentum suum et successores suos annis singulis diuidatur. Saluo tamen iure utriusque partis si quod habent cum dicte possessiones redierint ad ppriam culturam dictorum monachorum. Et ut hec pacis et concordie compositio ppetuis temporibȝ sit valitura sigilla utriusque capituli dictorum religiosorum presenti scripto indentato alternatim sunt appensa. Hijs testibȝ, dñis Thoma de Cestria, et Willmo de Bassingwerk, Abbatibȝ, dñis Hugone de Audelegh, tunc Justiciario Cestrie, Radulpho de Vernon, et Radulpho filio eius, Hugone de Dutton, Rogero de Chedle, militibȝ, magistris Galfrido de Meeles et Ricardo de Astelegh, clericis, et alijs. Data apud Whalleye die martis prox. post festum sancti Marci euangeliste, anno dñi m° ccc° sexto decimo.

---

EXPLICIT TITULUS UNDECIMUS, IN QUO CONTINENTUR UNDECIM SCRIPTA SIGILLATA.

## Incipit titulus duodecimus de Gerstan et Childewall.

---

### I. *Carta Roberti filij Henrici de medietate carucate terre in Childewall cum Dolfyno fratre Edwyni.*

ROBERTUS filius Henrici omnibȝ ffrancis, Anglicis, clericis et laicis, presentibȝ et futuris salutem. Sciatis quod ego dedi Ricardo Wallensi medietatem unius carucate terre in Childewall* et unum hominem, scilicet, Dolfyn fratrem Edwyni, ꝑpter hominium suum, et ꝑpter seruicium suum, et ꝑpter unam marcam argenti de reconysance cum omnibȝ ꝑtinentijs suis que predicte medietati carucate terre ꝑtinent, scilicet, in bosco, in plano, in pratis, in pasturis, in marreys, et in molendinis, in aquis et in semitis, in stagnis et in viuarijs, et in omnibȝ locis et in omnibȝ libertatibȝ illi et heredibȝ suis. Tenendam de me et meis heredibȝ libere et quiete, et honorifice

---

* Childewall, the Cildeuualle of Domesday, is thus mentioned in that document: Quatuor Rademans tenent Cildeuualle pro quatuor manerijs. Ibi dimidia hida valent octo solidos. Ibi presbyter erat habens dimidiam carucatam terre in elemosynam. It formed part of the barony of Manchester, and was held by the Grelleys as chief lords. In the Testa de Neville it is stated that Robert de Lathom held a knight's fee in Childewall as of the fee of Thomas de Grelley. And the manor itself was in the hands of John de la Warre in 1311, as appears by the county feodary of that date: Idem Johannes tenet manerium de Childwall per homagium et seruicium unius feodi militis. The advowson of the church was granted, 3 Edward II., by Sir Robert de Holland, to the priory of St. Thomas the Martyr, at Holland, and on its dissolution the living was appropriated to the crown, and was granted, 3 Elizabeth, to the see of Chester.

p omni seruicio quod ad me ptinet p seruicium duodecime partis feodi cuiusdam militis. Hijs testib3, Ricardo filio Henrici, Rogero de Bernard, Henrico Trauers, Hugone de Eland, Henrico fratre suo, Henrico de Radeclyue, Roberto filio Ricardi, Radulpho de Reyneford, Radulpho de Dagenale, Ricardo Trauers, Henrico filio Gilberti, et multis alijs.

II. *Carta Johannis Wallensis facta nobis de Childewall.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Johannes filius Ricardi Wallensis dimisi, concessi, et omnino quietuclamaui Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe totum ius meum et clameum quod habui vel aliquo modo habere potui in quatuor bouatis terre cum ptinentijs suis in villa de Childewalle, quas predicti Abbas et conuentus habent ex testamento Ricardi patris mei. Tenend. et habend. de me et de heredib3 meis sibi et successorib3 suis, libere, quiete, pacifice, et integre, et cum omnib3 libertatib3 dictis quatuor bouatis terre ptinentib3 sine aliquo retenemento. ffaciendo inde seruicium xij. partis feodi cuiusdam militis, sicut continetur in carta Roberti filij Henrici facta Ricardo Wallensi de eadem terra. Ita, scilicet, quod nec ego Johannes nec heredes mei vel aliquis alius p nos aliquod ius vel clameum in predictis iiij^or^ bouatis terre cum ptinentijs unquam de cetero exigere vel vendicare poterimus. Pro hac autem concessione et quietaclamatione dicti Abbas et conuentus tres marcas argenti et dimidiam mihi dederunt pre manib3. Ego dictus Johannes et heredes mei dictas iiij^or^ bouatas terre cum ptinentijs dictis Abbati et conuentui contra omnes homines et feminas imppetuum warantisabimus. In huius rei testimonium huic presenti scripto sigillum meum apposui. Hijs testib3, dño Roberto de Lathom, dño Henrico de Torbok, dño Alano de Wyndhull, Alano de Norreys, Thurstano de Holand, Waltero de Scaresbrek, Ricardo de [illegible], et multis alijs.

### III. *Carta Roberti de Lathom de dimidia carucata terre in Childewall.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Robertus* de Lathom concessi et hac presenti carta mea confirmaui Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe medietatem unius carucate terre in Childewall, illam, scilicet, quam Robertus filius

---

* This was Robert the son of Henry, the first known male ancestor of the house of Lathom. Mr. Baines, in his history of Lancashire, states that this Robert was descended from Orm, who is described "by credible tradition" to have been the Saxon proprietor of Halton, who, driven from his possessions in Cheshire, established himself in Lancashire, and by his marriage with Alice, the daughter of Herveus obtained large estates in the county, and was no doubt the founder of the church which, with his own name, constitutes that of the parish of Ormskirk. A tradition, however, grounded mainly on similarity of names, is not of much value, especially where one of the names is a common territorial designation.

More weighty evidence of the descent of the Lathoms from that Orm fitz Ailward who married Emma, daughter of Albert Grelley, is obtained from the Testa de Neville. In folio 822 of that document it is stated,— Albertus de Gredle senex dedit feodum unius militis Orm fil' Ailward in maritag. cum filia sua, scil' in Dalton et Parbold et Writington, Heredes predicti Ormi tenent predictam terram. And in folio 791,— Robertus de Lathom tenet unum feodum militis in Childewal, et quartam partem militis in Parbold et tres partes militis in Wrothinton de feodo Thome de Gretley.

Henry had two sons,

Robert.

Richard, the witness to cart. 1, p. 550, and the ancestor of the Torbocks of Torbock.

Robert, the eldest son, and the grantor of cart. 1, et supra, founded Burscogh priory between 1173 and 1199. He married, probably, the daughter of Orme ffitz Ailward, above mentioned, and was the father of,

Richard de Lathom, who lived temp. King John, and was the father of

Sir Robert de Lathom, who was sheriff of Lancashire 1236, and again 1249, and seven years further, and married Amicia, sister and coheiress of Thomas de Alfreton, and by her had two sons,

Robert.

Thomas, a quo Lathoms of Mossborough.

Sir Robert, the eldest son, succeeded, and had lands in Childewall, Parbold, and

Henrici dedit Ricardo Wallensi cum omnib; libertatib; aisiamentis et communib; predicte terre ptinentib;. Tenendam et habendam libere quiete de me et heredib; meis per seruicium xij. partis feodi unius militis p omni seruicio quod ad me ptinet, put continetur in carta

---

Wrightington, as before mentioned. He was sheriff A.D. 1286, 13 Edward I., and married Catharine, daughter and heir of Thomas de Knouselegh, and had four children,

Thomas.

Joan.

Hugh, to whom his father gave the township of Whittle.—*Kuerden's MS.*

Philip, a quo Lathoms of Astbury.

Sir Robert died 18 Edward II., and his inquisition post mortem is couched as follows:

Lanc.——de Bolyngbroke, Esc' d'ni regis in com. Warr', Leic', Notingh', Derb', et Lanc', die Martis prox. . . . . . . Regis Edwardi filij Regis Edwardi decimo octauo, sec'dum tenorem breuis d'ni Regis huic inquis' cons' . . . . . . . Ric. de Coldecotes, Willmi Canderay, Ade de Bickerstat, Willmi le Molyneux, Alani de Ryxton, Henr. . . . . . Ric. de Dunholand, Walt. de Aghton, Rob. de Hurleton, Ric. de Stodfeldeshagh, Rob. le Molyneux, Henr. de Elto. . . . . . . . de Wynstanelegh, Rob. Trauers, Ric. de Lues de Wygan, Alani filij Dauide, et Gilb'ti de Scaresbrek. Qui dicunt per sacr. quod Rob. de Lathum tenuit in d'nico suo ut de feodo die quo obijt in com. Lanc. Man'ium de Lathum de d'no Rege ut de honore de West Derby in manu ipsius Regis exist' per s'uic. xx. sol. per annum soluendor. ad festa natalis d'ni, Annunc. beate Marie, nativ. s'ti Joh. Bapt., et s'ti Mich., per equales portiones, et per s'uic. faciend. sect. ad. com. Lanc. de vj. sept'is in vj. sep., et ad Wapentag. de Westderby de tribus sept'is in tres sept'as pro omni s'uic. Et est ibi quodd. mesuag. quod valet per annum ut in fructu gardini vj. sol. viij. denar. Item sunt ibi cc. acr. terre arrabilis per minus centum quar' quelib' acra valet per annum vj. denar. Item est ibi quodda. molend. aquaticum quod valet per annum et quod arentatur ad festum nativ. beate Marie ad iiij. libros. Item est ibi quodda. molend. ventriticum ruinosum et debile quod valet per annum vj. sol. viij. denar. Item est ibi redditus libere tenentium ad fest. nativ. beate Marie xxvj. libr. xiij. sol. et iiij. denar. Item est ibi quedam Hallemota eorund. tenentium que tenetur bis per annum ad festa s'tor' Martini et s'ti Joh. Bapt. cuius proficuus ut in perquisit. eiusdem Hallemote valet per annum x. solid. Item dicunt quod p'd'tus Rob'tus de Lathum et Katerina uxor eius, que adhuc sup'stes est, tenuerunt coniunctim die obitus ipsius Rob. ut de perq'sito eisdem Rob. et Kat'ine per Symonem

Roberti filij Henrici facta Ricardo Wallensi de illa medietate carucate terre. Saluo tamen iure uniuscuiusque, Saluo mihi forinseco seruicio. Et ut hec mea concessio et confirmatio firma et stabilis

---

filium Tywe et heredum ipsorum Rob. et Kat'ine imperpetuum facto unum mes. et quatuordecim acr' terre in Lathum, x. acr' terre ibidem de feoffamento Willmi Riggemayden, p'fatis Rob. et Kat'ine et hered' ipsius Rob. ut supra vij. acr. prati ibidem ex dono et feoffamento Agn. filie Ric. de Whatton, Marg'ie, Cecilie, Emme, et Elene sororu. eiusdem Agnetis eisdem Rob. et Kat'ine et eorum hered. imperpetuum. Tenend. de d'no Rege tanquam parcell' man'i de Lathum p'dicti quod tenetur per s'uic. suprad'tum. Et valent p'dicta tenem. per annum xx. sol.

*Knouslegh.*—Dicunt etiam quod p'dictus Rob. de Lathum et Kat'ina uxor eius tenuerunt coniunctim die obitus ipsius Rob. man'ium de Knouselegh in p'dicto Com. Lanc. ex dono et feoffamento Henr. de Baukewell capellani. Tenend. eisdem Rob. et Kat'ine ad totam vitam ipsorum Rob. et Kat'ine de Hugone le Despenser ut de feodo de Widenes per s'uic. feodi unius militis et per s'uic. faciend. sectam ad curiam ipsius Hugonis de Widenes de mense ad mensem. Et est ibi quoddam mesuag. quod valet per annum ij. solid., item sunt ibi cxvj. acr. terre arrab. quaru. quelibet acra valet per annum vj. denar. summa lx. sol. Item sunt ibi tres acr' prati quaru. quelibet acr' valet per annum xviij. den. Item est ibi unum molend. aquaticu. et aliud molend. ventritic. que valent per annum xxvj sol. viij. den. Item est ibi quidam parcus, cuius herbag. valet in estate xx. sol. Item est ibi redditus liberor. tenentiu. ad festa natalis d'ni et nativ. s'ti Joh. Bapt. pro equali portione xxx. libr. Item sunt ibi plac. et perquis' curie valent per annum xiij. sol. et iiij. denar. Item dicunt quod Thomas de Lathum filius p'dicti Rob. de Lathum est eius heres propinquior et est etatis xxiiij. annorum et amplius. In cuius rei test'o p'dicti iurati huic inquis. sigilla sua apposuerunt.

Sir Robert was succeeded by his son,

Thomas de Lathom, æt. 24, 18 Edward II. He married Eleanor, daughter of Sir John le ffERRERS, and had two sons,

Sir Thomas.

Edward, a quo Lathom of Parbold.

Thomas de Lathom, bore in the roll of arms, 1337, or, on a chief indented, azure, three bezants. He died 44 Edward III., A.D. 1370, and was succeeded by his son,

Sir Thomas de Lathom, who apparently married twice. One of his wives was Johanna, daughter of Sir Hugh Venables, baron of Kinderton. He had two children, Isabel and Thomas, but there is no evidence to show that they were of the whole blood. His widow, Joane, married Roger de Fazackerley; and, 7 Richard II., Edward de Lathom the elder, Henry de Scaresbrec, and Richard de Ellerbeck, were bound in a recognizance, that

pmaneat presens scriptum sigilli mei appositione corroboraui. Hijs testibꝫ, Henr. de Waleton, Ada de Aynolnesdale, Henr. de Torbok,

---

they, and Thomas, the son of Sir Thomas de Lathom, would abide an award concerning the dower, which Roger and Joan his wife demanded of lands of Wrightington.

An entry in Dr. Kuerden's MS. contains a grave accusation against the fair fame of Joane de Lathom; but as there is good sense and feeling in the remark of Dr. Whitaker, that it is neither pleasant nor edifying to rake into the dust of libraries for ancient scandal, the particulars of the accusation are omitted.

Isabel, the daughter, married Sir John Stanley, who, entering on Lathom A.D. 1385, was opposed by the Duke of Lancaster on behalf of Elena de Lathom, but recovered ante 9 Hen. IV., and had a new charter of free warren in Lathom, Knowsley, Childwall, Roby, and Anlasargh.

Thomas de Lathom, the son, probably the Sir Oskatel of the famous tradition, married Isabella, who survived him. He had a daughter, Elena, and died 1383. By inquisition taken at Lancaster on Wednesday in the second week of Lent, 8 Richard II., before Robert Urswick, escheator of John, duke of Lancaster, the jurors said that Thomas, son of Sir Robert de Lathom, knight, deceased, died seised of the manor of Knowslegh, with the appurtenances, in demesne and service, viz. Knowslegh and Roby in demesne, and Huyton and Torbock in service, which were parcel of the said manor, in fee tail, viz. Henry de Baukwell, chaplain, was seised of the gift and feoffment of the said Sir Robert, and reinfeoffed the said Sir Robert de Lathom and Katharine his wife, for their lives, with remainder to Thomas, son of Sir Robert, and the heirs of his body, and then to Joan, sister of the said Thomas, and the heirs of her body; and then to the right heirs of Sir Robert. That the said Thomas also died seised of the manor of Childwall, Anlesargh, and four parts of the manor of Wrightington, and tenements in Roby in fee tail, viz. Sir Robert gave the said lands to his son Thomas, and Alianore, daughter of Sir John le ffeerers, and the heirs of their bodies, with remainder to the right heirs of Sir Robert. That the said Thomas also died seised of a plot of land in the township of Whiston, called Brendergh, holden of John Travers of Whiston in socage, and also of the homage and service of Henry de Scaresbreck, who held of him the manor of Scaresbrek; and also of Sir John de Parre, and of Robert, son of Henry de Parre, and of William de Parre, and of Robert, son of Alan de Parre, for their tenements in Parre, which the said Thomas de Lathom held of John Travers. Also a plot of land in Hirstfield in the township of Raynford, which the said Thomas held of Richard de Lathom in socage. That

Ricardo de Eccleston, Johanne de Sutton, Willmo le Norreys, Alano le Norreys, Willmo le Wyndhull, Roberto de Sutton, et multis alijs.

---

the said Richard de Lathom held of the said Thomas the manor of Raynford in soccage and rent of four shillings, and the said Thomas of the Duke. Also of John de Eltonhede, for his lands in Eltonhede, which the said Thomas held of William Danyell; also of William de Wyndesore, for the moiety of the manor of Halston, which the said Thomas held of John le Warre; also of Robert de Clifton, for the manor of Fylde Plumpton, of the fee of Penwortham. That the said Thomas died on Tuesday next after the feast of the exaltation of the Holy Cross, 44 Edward III. And that Ellen, daughter and heir of Thomas, son of Sir Thomas de Lathom, knight, son of Thomas, son of Sir Robert, knight, is cousin and heir of the said Thomas, son of Sir Robert de Lathom, by virtue of the said entail, and is of the age of one year and one month. And the jurors say that Sir Thomas de Lathom, son of the aforesaid Thomas, son of Sir Robert, after the death of his said father, entered and occupied for twelve years following his father's decease, viz. until his own death (except the fourth part of the manor of Wrightington, which the said Sir Thomas, son of Thomas de Lathom, granted to Edward, his brother, and his heirs for ever, who is still living and occupies the same). After the death of the said Sir Thomas de Lathom came Thomas, son of the aforesaid Sir Thomas, and entered and took possession, and received the profits for one year and a half, and after his death all the lands and tenements were seised into the hands of the Duke of Lancaster, by reason of the nonage of the said Ellen, daughter of the said Thomas de Lathom. After which seisin came Roger de Fasakerlegh, and entered and took the profits for half a year, since which time the said Duke hath occupied, and still occupies the same.

The above is an abstract from a copy of the inquisition in the Duchy archives. The date of the death of Thomas de Lathom has been altered in it from 44 Edward III. to 24 Edward III., but it would seem, from a comparison of dates, that the original date is most probably the correct one. The pedigree is obscure, and may be further elucidated, should the opportunity occur of consulting the original documents.

By the rolls of parliament, 9 Ric. II., A.D. 1385, it appears to have been declared that the entry of Sir John Stanley was unlawful, et quodque idem Johannes ad ipsum Regem et Ducem per petitionem aut alias in dicta cancellaria sua pro liberatione manerij predicti in huiusmodi casu habend. prosequi debuisset. This apparently was done, for undoubtedly the Stanleys were firmly settled 9 Henry IV., see ante.

IV. *Carta Alani filij Ade de terra de Childewall data Rogero de Hybernia.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Alanus filius Ade vendidi et hac presenti carta mea confirmaui Rogero de Hybernia unam bouatam terre in villa de Childewall, quam dñus meus R. de Werberton dedit mihi ꝑ homagio et seruicio meo cum omnibꝫ ꝑtinentijs et communione predicte ville de Childewal. Tenend. et habend. libere et quiete de me et heredibꝫ meis iure hereditario. Reddendo annuatim duas cyrothecas albas ad natiuitatem beate Marie ꝑ omni seruicio ad terram illam ꝑtinente. Saluo forinseco dñi Regis. Et ut hec venditio rata et inconcussa ꝑmaneat sigilli mei appositione presens scriptum corroboraui. Hijs testibꝫ, Willmo Blundel, Willmo persona de Waleton, Ricardo fratre eius, Henrico de Waleton, Roberto de Molyneus, Ricardo de Thorneton, Alano de Meeles, et R. filio eius, et multis alijs.

V. *Carta Rogeri de Hybernia* de una bouata terre in Childewall facta nobis.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Rogerus de Hybernia dedi Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe unam bouatam terre in Childewal quam emi de Alano seruiente cum omnibꝫ ꝑtinentijs et libertatibꝫ et communione predicte ville de Childewall imꝑpetuam elemosynam. Tenendam et habendam libere

---

* This grantor may be inserted in the Lancashire pedigrees as the son of John de Ireland, lord of Hutte, who was descended from John de Hibernia, temp. Conq., and was buried at Hale, 1088. Sir Robert, the son of Roger, married Beatrice, daughter of William de Daresbury, and had a son, Sir John de Hibernia, who married Maude, daughter and coheir of Sir John Hesketh of Rufford, and had a son Adam Ireland of Hutte, who married Avena, daughter and heir of Sir Robert de Holland, see ante, p. 491, and was seised of Hale jure uxoris.

et quiete de me et heredibȝ meis imppetuum. Reddendo annuatim duas cyrothecas albas ad natiuitatem sancte Marie ꝑ omni seruicio ad terram illam ꝑtinente. Saluo forinseco dñi Regis. Et ut hec donatio rata ꝑmaneat sigilli mei appositione presens scriptum corroboraui. Hijs testibȝ, Willmo Blundel,* Henrico de Waleton,† Rob. de Molyneus,‡ Ric. de Thorneton, Willmo persona de Waleton, Ricardo fratre eius, Alano de Meeles, Roberto fratre eius, et multis alijs.

### VI. *Quietaclamatio Matilde de Childewal de una bouata terre in eadem.*

UNIUERSIS has literas visuris vel audituris Matilda de Childewal salutem in dño. Nouerit uniuersitas vestra me in viduitate mea remisisse et imppetuum quietuclamasse dño Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe totum ius meum et clameum quod habui nomine dotis in una bouata terre in villa de Childewal, quam quidem bouatam terre Rogerus de Hibernia prius dedit dictis dño Abbatis et conuentui. Ita, scilicet, quod nec ego, nec aliquis ꝑ me vel ꝑ me aliquid iuris et clamei deinceps exigere poterimus in dicta terra nomine dotis. Pro hac vero remissione et quietaclamatione dederunt mihi dictus dñus Abbas et conuentus x. solidos pre manibȝ ꝑ omni demanda mihi de eadem terra ꝑtinenda. Ego vero hanc quietaclamationem meam sepedictis dño Abbati et conuentui contra omnes homines et feminas warantizabo. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hijs testibȝ, dño Roberto de Lathom,|| dño Henrico de Torbok, Rogero de Hybernia, Roberto filio eius, Henrico de Gerstan, Ada eiusdem ville, et multis alijs.

---

* p. 489. † p. 491. ‡ p. 491. || p. 551.

VII. *Carta Ade filij Roberti facta Johanni Rectori de Childewal de terra in eadem.*

SCIANT omnes tam presentes quam futuri quod ego Adam filius R. de Aynolnesdale* dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Johanni Cotty tunc temporis ecclesie de Childewal rectori, vel cuicunque assignare voluerit et quandocunque, unam partem illius culture que vocatur Depedale quam teneo de sancto Nicholao de Burscogh, scilicet, dimidiam partem illius partis eiusdem culture super Depedale quam Ricardus filius Symonis de Childewal quondam de me tenuit, que dimidia pars est sexta pars illius culture totius super Depedale, ꝑ suo homagio et seruicio. Tenendam et habendam de me et heredibȝ meis sibi et heredibȝ suis vel assignatis suis libere, quiete, pacifice, et honorifice. Reddendo inde annuatim mihi et heredibȝ meis octo denarios sterlingorum ad quatuor anni terminos, scilicet, duos denarios ad festum sancti Michaelis, duos denarios ad Natalem dñi, duos denarios ad annunciationem sancte Marie, et duos denarios ad festum sancti Johannis Bapte, ꝑ omni seruicio, exactione et demanda, cum communi pastura et omnibȝ aisiamentis ad villam de Childewal ꝑtinentibȝ. Et post obitum ipsius Johannis, successores sui, nomine releuij, mihi vel heredibȝ meis octo denarios ꝑsoluent. Ego autem Adam de Aynolnesdale dicto Johanni et assignatis suis dictam donationem contra omnes homines et feminas warantizabo imꝑpetuum. In huius rei testimonium has literas patentes sigilli mei munimine corroboraui. Hijs testibȝ, dño Willmo Priore de Burscogh, Roberto de Lathom, Henrico de Torbok, Willmo persona de Waleton, Ricardo de Hale, Ada de Gerstan, Roberto Cotty, et multis alijs.

---

* See ante, p. 493.

VIII. *Carta Ade de Gerstan de terra de Aikebergh.**

SCIANT presentes et futuri quod ego Adam dñus de Gerstan vendidi et dimisi et hac presenti carta mea confirmaui Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe totam portionem terre mee in Aikebergh, scilicet viginti unam seliones terre culte et arate, et tres extra incultas cum communi pastura et aisiamentis ad villam de Gerstan ptinentibꝫ, ꝑ iij. marcis argenti quas mihi pre manibꝫ dederunt. Reddendo mihi annuatim unum par cyrothecarum vel j. denarium ad natiuitatem beati Johannis bapte ꝑ omni seruicio et exactione. Concessi etiam et confirmaui dictis Abbati et conuentui portionem dñe matris mee in Aykebergh, postquam in fata decesserit, ꝓ salute anime mee et uxoris mee et antecessorum et successorum meorum. Ego vero et heredes mei hanc prenominatam terram cum confirmatione et predictis ptinentijs Abbati et conuentui contra omnes homines imppetuum warantizabimus et defendemus. Et ut robur ꝑpetue firmitatis optineat presenti scripto sigillum meum apposui. Aykebergh.

---

* Aikebergh, now called Aigburth, is a hamlet in the township of Garston.

The pedigree of the local family may be deduced for a few generations from the following charters.

Adam, lord of Gerstan, had three sons,
  Adam.
  John.
  William, parson of Bacford, in the county of Chester.

Adam, apparently, married Margareta, for in the Testa de Neville there is the following entry: Margareta que fuit uxor Ade de Gerstan fuit de donatione domini Regis, et maritata Ric' Litherpol, et terra sua valet di' marc'. He was succeeded by his son,

Adam, dominus de Gerstan, who married Hawisia, a widow, A.D. 1272, and left a son,

Adam, dominus de Gerstan.

In the feodary of Lancashire, A.D. 1313, it was found, — Robertus de Blakeburne et Elena uxor ejus, ut in jure ipsius Elene, tenent maner' de Gerstan cum pertinentijs, in quo manerio sunt tres carucate terre per servitium viginti solidorum per annum.

Hijs testibȝ, dño Ada de Molyneus,* dño R. de Lathom,† dño H. de Torbok, dño W. persona de Walton, Ada de Aynolnesdale,‡ Rob. de Molyneus, Rogero de Hybernia, Symone de Halsal, Henr. de Thorneton, Alano de la mosse, et alijs.

### IX. *Carta Johannis de Gerstan de dimidia acra terre in Aykebergh.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Johannes filius Ade de Gerstan dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et beate Marie Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe ꝑ salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum in puram et ꝑpetuam elemosynam dimidiam acram terre mee de vastis in territorio de Aykebergh, illam, videlicet, que iacet ꝓximius portioni dictorum religiosorum in dicta vasta ubi domus ipsorum situatur et extendit se de le Whitesiche versus Mersee usque ad viam. Habend. et tenend. de me et heredibȝ meis dictis Abbati et conuentui in puram et ꝑpetuam elemosynam cum omnibȝ libertatibȝ, aisiamentis, et commoditatibȝ ville de Gerstan ꝑtinentibȝ, nihil inde reddendo nisi tamen preces et orationes. Ego vero et heredes mei dictam terram cum ꝑtinentijs et libertatibȝ prenominatis dictis Abbati et conuentui imꝑpetuum warantizabimus, acquietabimus et defendemus. Et ut hec mea donatio futuris temporibȝ ꝑmaneat inconcussa, presenti scripto sigillum meum apposui. Hijs testibȝ, dño Henr. de Lee tunc vic.|| Lanc., Roberto de Holand, Johanne de Wolfal, Alano le Norreys, Ricardo de Holond, Willmo de Eyntre, Symone de Gerstan clerico, et alijs.

---

* See ante, p. 491. † p. 551. ‡ p. 493. || p. 497.

X. *Carta Ricardi filij Hugonis facta Ricardo filio Ricardi de Thorneton de terra in Aykebergh.*

SCIANT omnes tam presentes quam futuri quod ego Ricardus filius Hugonis de Gerstan dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Ricardo filio Ricardi de Thorneton totam partem meam in Aykebergh ꝑ homagio et seruicio suo. Tenendam et habendam de me et heredibȝ meis sibi et heredibȝ suis in feodo et hereditate, libere, et quiete, pacifice, et integre, cum communi pastura et omnibȝ alijs libertatibȝ et aisiamentis ville de Gerstan ꝑtinentibȝ. Reddendo inde annuatim mihi et heredibȝ meis de se et heredibȝ suis vj. denarios argenti ad natiuitatem dñi ꝑ omni seruicio, exactione, et demanda. Hanc autem terram cum ꝑtinentijs ego iam dictus Ric. filius Hugonis et heredes mei predicto Ricardo filio Ricardi et heredibȝ suis contra omnes homines et feminas tenebimur warantizare imppetuum. Et quia volo ut hec mea donatio rata sit et stabilis presens scriptum sigilli mei appositione roboraui. Hijs testibȝ, &c.

XI. *Carta Ricardi de Thorneton de Aykebergh.*

SCIANT omnes tam presentes quam futuri quod ego Ricardus filius Ricardi de Thorneton dimisi et quietuclamaui et hac presenti carta mea confirmaui Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe totam partem meam terre in Aikebergh quam tenui de ipso Abbate. Habendam et tenendam cum communi pastura, libertatibȝ et aisiamentis ville de Gerstan ꝑtinentibȝ quietam et solutam de me et heredibȝ meis imppetuum ꝑ xx. solidis quas dicti Abbas et conuentus mihi dederunt pre manibȝ. Ego vero Ricardus et heredes mei hanc dimissionem et quietaclamationem dictis Abbati et conuentui imppetuum factam contra omnes homines et feminas

warantizabimus. In huius rei stabile testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hijs testibꝫ Roberto* clerico filio Willmi Blundel, Ada dño de Gerstan, Henrico de Thorneton, Alano de Mosse, Rogero de Vipont, Rogero filio Willmi, et alijs.

### XII. *Carta Ade de Aykebergh de octo acris in mora de Gerstan.*

UNIUERSIS Cristi fidelibꝫ hoc scriptum visuris vel audituris, Adam de Aykebergh salutem in dño. Noueritis me dedisse concessisse et hac presenti carta mea ꝓ me et heredibꝫ meis confirmasse Deo et beate Marie et Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe octo acras terre in mea parte more de Aykebergh, iacentes ꝓx. iuxta terram quam ijdem Abbas et conuentus habent in eadem mora in excambio pro octo acris terre et dimidia quas mihi dicti Abbas et conuentus dederunt in campo de Aykebergh ꝓpinquiores ex omni parte domui mee in qua habito, sicut in scripto quod de dictis Abbate et conuentu habeo continetur. Hanc vero terram et hoc excambium cum omnibꝫ libertatibꝫ, communibꝫ, et aisiamentis tante terre ꝑtinentibꝫ dictis Abbati et conuentui ego et heredes mei contra omnes homines imꝑpetuum warantizabimus et defendemus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hijs testibꝫ, dño Henr. de Lee,† magistro Roberto de Walton, magistro Willmo fratre eius, Joh. Gernet, Joh. Wallensi, Joh. de Wolfal, et alijs.

---

* See ante, p. 489. † p. 497.

XIII. *Carta Ade de Gerstan de tertia parte campi sui.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Adam dñus de Gerstan filius Ade de Gerstan dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et beate Marie et omnibꝫ sanctis et Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe ibidem Deo seruientibꝫ tertiam partem campi mei que est subtus campum Henrici clerici que iacet inter Gerstan et Toxton, scilicet, illam partem que est versus Gerstan et extendit usque ad viam que ducit ad mare, cum communi pastura et omnibꝫ libertatibꝫ et aisiamentis, excepto molendino meo, ad predictam villam de Gerstan ꝑtinentibꝫ in puram et ꝑpetuam elemosynam, sicut aliqua elemosyna liberius, plenius, et quietius, dari potest. Ita quod nec ego nec heredes mei, ꝑ predicta terra, a predictis Abbate et monachis nihil nisi preces et orationes exigere possimus. Et ut hec mea donatio firma et stabilis imppetuum preseruet presenti scripto sigillum meum apposui. Hijs testibꝫ, W. Blundel, Ada de Molyneus, Ric. de Thorneton, Rob. de Molyneus, Ada de Aynolnesdale, Rogero de Hibernia, et alijs.

XIV. *Carta Ade de Gerstan de terra quam Stephanus tenuit.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Adam de Gerstan dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et beate Marie et Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe terram illam quam Stephanus de me tenuit, scilicet, cum tofto et mesuagio que iacet inter terram monachorum et terram Broune cum communione totius ville liberam et quietam in puram et perpetuam elemosynam de me et heredibꝫ meis ꝑpetuo tenendam ꝑ salute anime mee et uxoris mee cum corpore meo illic sepeliendo et cum augmento quod mihi dñus predicte domui facere decreuerit. Ego vero et heredes mei hanc donationem predictis Abbati et monachis

de forensi seruicio et omni calumpnia et demanda defendemus et contra omnes homines warantizabimus. Hijs testibȝ, Ada de Molyneus, Willmo Blundel, Rob. de Molyneus, Ada de Aynolnesdale, Rogero de Hybernia, Henrico de Thorneton, et multis alijs.

XIVA. *Carta Ade de Gerstan de una bouata terre quam Radulphus filius Multon tenuit.*

OMNIBUS Cristi fidelibȝ presens scriptum visuris vel audituris, Adam dñus de Gerstan salutem in dño. Nouerit uniuersitas vestra me dedisse, concessisse, et hac presenti carta mea confirmasse Deo et beate Marie et Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe ꝑ anima mea et animabȝ antecessorum et successorum totum dñium unius bouate terre in villa mea de Gerstan cum omnibȝ libertatibȝ suis, illius, scilicet, bouate terre quam Radulphus filius Multon* de me tenuit, in puram et ꝑpetuam elemosynam, sicut alicuius terre dñium liberius, et quietius, et melius dari potest et concedi. Ita, scilicet, quod nec ego nec aliquis heredum meorum aliquod ius in predicto dñio, vel in aliquo ei ꝑtinente habere deinceps vel exigere poterimus, nisi preces tamen et orationes. Ego vero dictus Adam dñus de Gerstan et heredes mei prefatum dñium cum libertatibȝ suis prenominato Abbati et monachis contra omnes homines et feminas imꝑpetuum warantizabimus et defendemus. Et ut hec mea donatio et concessio rata et inconcussa ꝑmaneant, presenti scripto sigillum meum apposui. Hijs testibȝ, dño Rob. de Lathom† tunc vicecomite Lancastrie, dño Henrico de Torbok, Thurstano de Holand, Willmo de Walton, Rogero de Hyrlond, Henrico Gerstan, et multis alijs.

---

* It appears that this family were landowners in Garston. In the Testa de Neville it is stated,—Hugo filius Henrici tenet tres bouatas terre de antiquitate pro xxij. denarijs et obolo de dono Multon. Thomas tenet quatuor bouatas pro ij. solidis et vi. denarijs ex dono Multon.

† See ante, p. 552.

XV. *Carta de terra que dicitur Ferthyng, et de chymino de Gerstan usque Merse.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Adam dñus de Gerstan dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et beate Marie Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe terram illam que dicitur fferthyng que iacet iuxta gardinum persone ex una parte et terram monachorum de Stanlawe quam Adam molendinarius quondam tenuit ex altera, cum chymino extendente a dicta terra que dicitur fferthyng ad carrum et carectam et ad omnia alia aisiamenta in eundo et redeundo ultra moram usque Mersee in puram et ꝑpetuam elemosynam. Habend. et tenend. libere et quiete, pacifice sicut ulla elemosyna viris religiosis melius et liberius dari potest. Ego vero Adam et heredes mei, nichil omnino exigentes nisi tamen preces et orationes, dictam terram cum predicto chymino sepedictis Abbati et monachis de Stanlawe contra omnes homines et feminas warantizabimus et defendemus. In huius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hijs testibꝫ, dño Rogero tunc capellano de Gerstan, Alano le Norres, Rogero de Hale, Ada forestario, Henr. de Thorneton, Alano de Mossa, Gilberto de Spek, Willmo filio Alani, Rogero filio Willmi, et alijs.

XVI. *Carta Ade de Gerstan de tribus dimidijs selionibus.*

OMNIBUS Cristi fidelibꝫ hoc scriptum visuris vel audituris, Adam de Gerstan salutem in dño. Nouerit uniuersitas vestra me dedisse, concessisse, et hac presenti carta mea confirmasse Deo et beate Marie et Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe pro anima mea antecessorum et successorum meorum tres dimidias seliones terre in villa mea de Gerstan, scilicet in campo qui dicitur Rochrerake, extendentes se in longum a fossa Ricardi de

Lyuerpull usq. ad aquam in puram et ppetuam elemosynam. Tenendas et habendas de me et heredib3 meis predictis Abbati et monachis libere et quiete, bene et in pace, sicut aliqua elemosyna liberius et quietius dari et concedi potest, cum omnib3 libertatib3 ptinentijs et aisiamentis tante terre in dicta villa ptinentib3, in bosco, in plano, in pascuis, in vijs, in semitis, in aquis, in pasturis, et omnib3 communionib3 dicte ville spectantib3. Pro hac autem donatione et concessione nec ego nec heredes mei aliquid de cetero exigere poterimus, nisi preces et orationes. Ego vero et heredes mei dictam terram cum ptinentijs suis sepedictis Abbati et monachis contra omnes homines et feminas imppetuum warantizabimus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hijs testib3, dño Henr. de Torbok, Alano Norres, Thurstano de Holond, Willmo de Walton, Roberto de Hybernia, Gilberto de Halsale, Henrico de Gerstan, et alijs.

### XVII. *Carta Ade de Gerstan de aqua sua.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Adam dñus de Gerstan dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui p anima mea et p animab3 antecessorum et successorum meorum Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe totam aquam meam que cadit de molendino meo de Gerstan usque ad Merse, et unam plateam terre ad unum molendinum tanarium siue fullarium* faciendum, super dictam aquam ubicunque viderint melius expedire

* In Mr. Baines's very interesting history and statement of the cotton manufacture, he remarks that there are traces of the existence of the woollen manufacture as far back as 15 Edward II., when, in an extent of the manor of Manchester, mention is made of a fulling mill turned by the river Irk. This deed, however carries it to a much earlier period. Mr. Baines also quotes a passage from Fuller's Church History, "Hitherto, viz. before the reign of Edward III., (who married Philippa of Hainault,) the English were ignorant of the art, as knowing no more what to do with their wool, than the sheepe that weare it, as to any artificial curious drapery; their best clothes then being no better than friezes; such was their coarseness for want of skill in making."

inter dictum molendinum meum dictum Merse et tachiamentum stagni et aisiamentum aque stagni ex utraque parte aque cum omnibȝ ꝑtinentijs et omnimodis ꝑfectibȝ super predictam aquam infra dictas diuisas. Ita, scilicet, quod nullum sit impedimentum dicto molendino meo de stagno suo. Tenend. et habend. de me et heredibȝ meis in puram et ꝑpetuam elemosynam libere et quiete sine impedimento mei vel alicuius heredum meorum vel alicuius alius hominis vel femine. Ita, scilicet, quod nec ego debeo, nec aliquis heredum meorum, nec aliquis alius ꝑ me vel ꝑ heredes meos, vel ꝑ me vel ꝑ heredibȝ meis poterunt, nec debent aliquo tempore ꝑquisitionem facere in curia dñi Regis, vel in aliqua alia curia ad nocend. vel ad impediend. dictos Abbatem et monachos de hac donatione et concessione mea. Sed nec ego nec aliquis heredum meorum in posterum poterimus aliquid exigere ꝑ hac donatione mea et concessione a sepedictis Abbate et monachis de Stanlawe, nisi preces et orationes. Ego autem et heredes mei hanc donationem et concessionem ut puram elemosynam meam prefatis Abbati et monachis contra omnes homines et feminas imppetuum warantizabimus. Dicti vero Abbas et monachi proprium pannum meum quem facio in domo mea facient fullare in dicto molendino suo sine custo meo. Et ut hec donatio mea et concessio rata ꝑmaneat et inconcussa huic scripto sigillum meum apposui. Hijs testibȝ, dño W. tunc ꝑsona de Walton, Rogero de Hibernia et Roberto filio eius,* Ricardo Blundel, Willmo de Molyneus, Patricio de Haselwall, Rogero de Molyneus, Thurstano de Holand, Alano Norres, et alijs.

---

* p. 556, ante.

XVIII. *Carta Ade de Gerstan facta Conuersis de Wolueton de piscaria.*

OMNIBUS Cristi fidelibȝ presens scriptum visuris vel audituris, Adam dñus de Gerstan salutem in dño. Nouerit uniuersitas vestra me dedisse et concessisse et hac presenti carta mea confirmasse ꝑ anima mea et uxoris mee et ꝑ animabȝ patris mei et matris mee et antecessorum et successorum meorum Deo et beate Marie et Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe in puram et ꝑpetuam elemosynam ad opus conuersorum dicte domus conuersantium apud grangiam de Wolueton totum ius meum in aqua inter piscariam suam de la Lake et ripam. Ita quod licitum sit eis commodum suum inde facere quocunque modo melius poterunt. Dedi etiam et concessi eisdem Abbati et monachis locum ad unam piscariam faciendam ubicunque melius viderint expedire in omnibȝ diuisis meis inter dictam piscariam suam de la Lake et Otirpul, cum omni iure meo quod habeo vel habere potero inter sepedictam piscariam et dictum locum de Otirpul. Ita, scilicet, quod nullum habebunt detrimentum vel nocumentum in omnibȝ nominatis diuisis ꝑpter edificationem alicuius obstaculi inter piscariam suam et Otirpul, quantum ad meum ius ibidem ꝑtinet. Tenend. et habend. de me et heredibȝ meis, ita libere et quiete, sicut aliqua elemosyna melius, liberius, et quietius dari potest viris religiosis. Ita quod nec ego, nec heredes mei de predicta donatione aliquid in posterum exigere poterimus nisi tamen preces et orationes. Ego vero Adam et heredes mei prefatam donationem sepedictis Abbati et monachis contra omnes homines et feminas imꝑpetuum warantizabimus. In huius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hijs testibȝ, dño R. de Lathom, Joh. de Lee, Henr. de Torbok, Alano Nores, Ada de Knouslegh, Thurstano de Holond, Henrico de Thorneton, et multis alijs.

XIX. *Carta Ade de Gerstan de piscaria de Gerstan.*

OMNIBUS Cristi fidelibȝ presens scriptum visuris vel audituris, Adam dñus de Gerstan salutem in dño. Nouerit uniuersitas vestra me dedisse, concessisse, et hac presenti carta mea confirmasse ꝑ anima Regis Henrici et predecessorum suorum et ꝑ animabȝ patris mei et matris mee et antecessorum et successorum meorum Deo et beate Marie et Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe in puram et ꝑpetuam elemosynam unam piscariam in villa de Gerstan, que vocatur le Lachegard, ita libere et quiete sicut aliqua elemosyna melius, liberius, et quietius dari potest viris religiosis. Ita quod nec ego nec heredes mei de predicta piscaria aliquid in posterum exigere poterimus nisi tamen preces et orationes. Ego vero Adam et heredes mei prefatam piscariam sepedictis Abbati et monachis contra omnes homines et feminas imppetuum warantizabimus. In cuius rei, &c. Hijs testibȝ &c., ut in scripto proximo precedente.

XX. *Carta Hugonis de Gerstan de duabus bouatis terre.*

SCIANT omnes tam presentes quam futuri quod ego Hugo filius Henrici filij Multon de Gerstan dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Hugoni de Moreton duas bouatas terre in Gerstan quas in manu mea tenui et quas pater meus qui fuit coram me tenuit ꝑ homagio suo et seruicio in feodo et hereditate sibi et heredibȝ suis. Tenend. et habend. de me et heredibȝ meis libere, quiete, pacifice, et honorifice, cum omnibȝ libertatibȝ et aisiamentis predicte ville de Gerstan ꝑtinentibȝ. Reddendo inde annuatim mihi et heredibȝ meis unam libram cymini ad natiuitatem beate Marie ꝑ omni seruicio et exactione. Saluo tamen forinseco seruicio, quantum ꝑtinet· ad illam terram. Ita quod ego et heredes

mei hanc terram sibi et heredibʒ suis contra omnes mortales warantizabimus. Hijs testibʒ, Willmo Blundel,* Henrico Trauers, Hugone le Nores, Henrico de Walton, Ric. filio Roberti, Ric. de Thorneton, Ric. Wallensi, Henrico ꝑsona de Gerstan, Symone de Gerstan, Orm de Wolueton, et alijs.

XXI. *Carta Hugonis de Moreton de duabus bouatis terre in Gerstan.*

SCIANT omnes tam presentes quam futuri quod ego Hugo de Moreton dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et beate Marie et Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe duas bouatas terre in Gerstan quas Hugo filius Henrici fil. Multon de Gerstan dedit mihi, quas in manu sua tenuit et pater eius qui fuit ante illum. Tenend. et habend. de me et heredibʒ meis in liberam et ꝑpetuam elemosynam libere et quiete, pacifice et integre, cum omnibʒ libertatibʒ et aisiamentis predicte ville de Gerstan ꝑtinentibʒ. Reddendo mihi annuatim et heredibʒ meis unam libram cymini ad natiuitatem beate Marie, pro omni seruicio et exactione. Saluo tamen forinseco seruicio ad illas duas bouatas ꝑtinente. Ita quod ego et heredes mei has predictas duas bouatas terre predictis Abbati et monachis contra omnes mortales impꝑetuum warantizabimus. Hijs testibʒ, Hugone de Dutton et Galfr. de Dutton fratre eius, Waltero Moton, Rogero filio Ricardi, Rad. Sarazin, Thurstano fil. Osgoth, Yuone de Stanlawe, et multis alijs.

* See ante, p. 489.

XXII. *Carta de una bouata terre et dimidia in Gerstan quam Adam de Aynolnesdale nobis dedit.*

SCIANT omnes tam presentes quam futuri quod ego Adam de Aynolnesdale dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui unam bouatam terre et dimidiam in villa de Gerstan, scilicet, illam bouatam quam tenui de Aubray, et illam dimidiam bouatam terre quam tenui de Rogero Balle, Deo et beate Marie et Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe cum corpore meo, ꝑ salute anime mee et ꝑ animabꝫ antecessorum et successorum meorum. Tenend. et habend. in puram et ꝑpetuam elemosynam cum omnibꝫ ꝑtinentijs et cum communi pastura et cum omnibꝫ communibꝫ libertatibꝫ et aisiamentis ville de Gerstan ꝑtinentibꝫ, libere et quiete, integre et solute. Ita quod nec ego nec heredes mei aliquod seruicium aut demandam de illa terra in posterum exigere poterimus, preter tamen preces et orationes. Saluo forinseco seruicio dicte terre ꝑtinente. Ego vero dictus Adam et heredes mei dictam donationem cum omnibꝫ ꝑtinentijs contra omnes homines et feminas imꝑpetuum warantizabimus. Et ut hec mea donatio robur ꝑpetue firmitatis optineat eam presentis scripti munimine et sigilli mei appositione roboraui. Hijs testibꝫ, dño R. de Lathom,* dño Ada de Molyneus,† dño H. de Torbok, dño Willmo rectore ecclesie de Walton, Symone de Halsale, Ricardo de Blundel,‡ R. de Molyneus,† Henrico de Eyntre, Willmo de Litherlond, et alijs.

---

* Ante, p. 553. † Ante, p. 491. ‡ Ante, p. 489.

XXIII. *Carta Ade de Aynolnesdale de* xxiiij. *pedibus terre super pullam de Gerstan.*

SCIANT tam futuri quam presentes quod ego Adam de Aynolnesdale dedi in puram elemosynam et concessi Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe quatuor viginti pedes in longum de terra mea super pullam de Gerstan, que vocatur Goldacher, et in latum quod habet, scilicet, illam partem que extenditur versus Mersee, ꝑ salute anime mee et uxoris mee et heredum meorum. Et ego et heredes mei hanc donationem contra omnes homines fideliter warantizabimus. Hijs testibȝ, Willmo Blundel, Henrico de Walton, Henr. de Gerstan, Rogero de Pulla, Yuone de Stanlawe, et multis alijs.

XXIV. *Quietaclamatio Roberti de Crosseby de terra quam pater suus contulit nobis.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Robertus de Crosseby* filius Ade de Aynolesdale concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et beate Marie Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe unam bouatam terre et dimidiam in villa de Gerstan cum ꝑtinentijs et communibȝ et libertatibȝ quas pater meus illis dedit cum corpore suo in ꝑpetuam elemosynam, sicut carta patris mei illis data testatur. Dedi etiam eis unam acram terre in Aykebergh cum ꝑtinentijs ꝑ salute anime mee et ꝑ anima patris mei et matris mee et antecessorum meorum. Saluo forinseco seruicio. Et ut hec mea donatio et concessio rata et stabilis ꝑmaneat presenti scripto sigillum meum apposui. Hijs testibȝ, dño Roberto de Lathom, dño Ada de Molyneus, dño H. de Torbok, dño Willmo rectore

* See ante, p. 493.

ecclesie de Walton, Symone de Halsal, Ricardo Blundel, R. de Molyneus, Henr. de Eyntre, Willmo de Lytherland, et alijs.

XXV. *Carta Syrith de Gerstan de dimidia selione super aquam de Mersee.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Syrith filius Osberti de Aynolnesdale concessi et dedi et hac mea carta confirmaui Deo et beate Marie et monachis Loci Benedicti de Stanlawe dimidiam selionem, scilicet, exteriorem super aquam de Mersee in cultura que dicitur Altune de villa de Gerstan pro salute anime mee et successorum meorum ad domum sibi edificandam vel ad ceteros usus applicandam. Tenendam et habendam de me et heredibȝ meis, libere, quiete, et hereditarie, imppetuum in puram et ppetuam elemosynam. Pro hac autem donatione nichil mihi nec heredibȝ meis retinui preter preces et orationes. Ego vero et heredes mei predictam dimidiam selionem predictis monachis contra omnes homines warantizabimus et defendemus. Hijs testibȝ, Willmo Blundel, Ada de Molyneus, Henr. de Walton, Ric. de Torbok, Ada de Aynolnesdale, Ada de Gerstan, Ricardo de Gerstan, Hugone psona de Bacford, Ricardo capellano, Rog. de Pulle, Ricardo le Waleys, Henrico de Stoke, et alijs.

XXVI. *Carta Ricardi filij Hugonis de Gerstan de Rogero filio Sywardi.*

SCIANT omnes tam futuri quam presentes quod ego Ricardus filius Hugonis de Gerstan concessi et quietuclamaui Deo et domui sancte Marie de Stanlawe totum ius meum quod habui vel habere potui in Rogerum filium Sywardi et in sequelam suam, ita integre quod ego vel heredes mei nullum ius vel clameum in predictum Rogerum nec in sequelam suam habere

poterimus de cetero. Et quia volo quod mea concessio et quietaclamatio rata et inconcussa de cetero pmaneat, eam sigilli mei appositione roboraui. Hijs testibȝ, Ricardo clerico de Thorneton, Ada de Gerstan, Henrico de Thorneton, Hugone de Gerstan, Alano Mosse, Galfrido clerico de Derby, et multis alijs.

XXVII. *Carta Johannis filij Ade de Gerstan de una acra et dimidia et una perticata vasti in Aikebergh.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Johannes filius Ade de Gerstan dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et beate Marie et Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe p salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum in puram et perpetuam elemosynam unam acram terre et dimidiam et unam pticatam de vasto meo in territorio de Aikeburgh, illam, videlicet, terram que iacet proximius portioni dictorum religiosorum in le Mideldole versus villam de Gerstan, extendens se ab horreo dictorum religiosorum in Aikeburgh usque ad fossatum meum versus Mersee. Habend. et tenend. de me et heredibȝ meis sibi et successoribȝ imppetuum cum omnibȝ libertatibȝ ptinentijs aisiamentis et commoditatibȝ ville de Gerstan ptinentibȝ. Nichil mihi reddendo nisi tamen preces et orationes. Et ego Johannes et heredes mei dictam terram cum omnibȝ ptinentijs et libertatibȝ prenotatis dictis Abbati et conuentui et successoribȝ suis imppetuum contra omnes warantizabimus, acquietabimus, et defendemus. Et ut hec mea donatio futuris temporibȝ pmaneat inconcussa presenti scripto sigillum meum apposui. Hijs testibȝ, dño Henr. de Lee* tunc vic. Lancastrie, dño Rob. de Holond, Johanne de Wolfal, Alano le Norreys, Roberto fratre eius, Ricardo de Wolfal, Ric. de Holand, Willmo de Eyntre, Symone de Gerstan, et alijs.

---

* See ante, p. 497.

XXVIII. *Carta Albreie de duabus bouatis terre in Gerstan.*

SCIANT omnes tam presentes quam futuri quod ego Albreia filia Henrici de Gerstan in viduitate mea dimisi et hac presenti carta mea confirmaui Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe duas bouatas terre in Gerstan ex hereditate mea cum omnibꝫ ꝑtinentijs, libertatibꝫ, aisiamentis, communibꝫ predicte ville de Gerstan adiacentibꝫ in terris, in aquis, infra villam et extra, quantum ꝑtinet ad duas bouatas terre ꝑ septem marcis argenti quas mihi dederunt pre manibꝫ. Reddendo inde annuatim capitali dño xvj. denarios et predicte Albreie unum par albarum cyrothecarum ad natalem sancti Joh. Bapte ꝑ omni seruicio et demanda mihi vel heredibꝫ meis de eadem terra ꝑtinente: saluo forinseco seruicio. Ego vero et heredes mei prefatas bouatas terre cum ꝑtinentijs prefatis Abbati et monachis contra omnes homines et feminas fideliter imppetuum warantizabimus. In huius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hijs testibꝫ, dño Galfrido de Chetham, dño R. de Lathom, Henr. de Torbok, Ada de Aynolnesdale, Roberto de Molyneus, Ricardo de Huyton, Ada fratre eius, Ada de Gerstan, Henrico de Thornton, et multis alijs.

XXIX. *Carta Ricardi filij Hugonis de Gerstan de terra in Gerstan.*

SCIANT tam presentes quam futuri quod ego R. de Gerstan filius Hugonis de Gerstan dimisi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et beate Marie Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe tres bouatas terre in villa de Gerstan, duas, videlicet, bouatas quas tenui de prefatis Abbate et monachis de Stanlawe, et unam quam tenui de Ada dño de Gerstan. Tenendas et habendas de me et heredibꝫ meis, libere,

quiete, honorifice, cum omnibȝ ꝑtinentijs atque aisiamentis, tam in pascuis, moris, pratis, quam in aquis dulcibȝ et salsis, ad predictam villam de Gerstan ꝑtinentibȝ. Pro hac autem dimissione et concessione dederunt mihi predicti Abbas et monachi de Stanlawe v. marcas argenti pre manibȝ. Et ego et heredes mei warantizabimus predictam terram prefatis Abbati et monachis de Stanlawe ab omni exactione et demanda contra omnes homines et feminas: saluo forinseco seruicio. Et ut hec dimissio rata et inconcussa ꝑmaneat presens scriptum sigilli mei appositione roboraui. Hijs testibȝ, magistro Rogero clerico tunc sen. dñi Comitis de ffferrar, dño W. Blundel,* Ada de Molyneus,† Ric. de Mida,‡ Henr. de Walton, Henr. de Torbok, Ada de Aynolnesdale, Rog. de Hibernia, et multis alijs.

### XXX. *Quietaclamatio Alicie uxoris Ricardi de Gerstan de tribus bouatis terre in Gerstan.*

SCIANT omnes presentes et futuri quod ego Alicia uxor Ricardi de Gerstan dedi et concessi et quietuclamaui in legitima potestate et in ꝑpria viduitate mea dño Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe totum ius meum quod habui vel habere potui in iij. bouatis terre in villa de Gerstan, quas antea dictus Ricardus vir meus de Gerstan dictis dño Abbati et monachis Loci Benedicii de Stanlawe vendidit. Ita, scilicet, quod nec ego nec aliquis ꝑ me aliquod ius vel clameum in predictis bouatis terre de cetero exigere poterimus. Pro hac autem concessione et quietaclamatione dederunt mihi pre manibȝ dicti dñus Abbas et monachi unam vaccam pretij vij. solidorum, et dimidiam marcam argenti. In huius rei testimonium sigillum meum presenti scripto apposui. Ego vero Alicia uxor Ric. de Gerstan dictis dño Abbati et monachis de Stanlawe dictas concessionem et quietaclamationem contra omnes

---

* p. 489. † p. 491. ‡ p. 491.

homines et feminas imppetuum warantizabimus. Hijs testib; dño Ada de Molyneus, Rob. de Molyneus, Ricardo Blundel, Ada de Aynolnesdale, Rogero de Hibernia, Ada de Gerstan, Henr. de Thorneton, et multis alijs.

### XXXI. *Carta Hugonis de Gerstan de duabus bouatis terre in Gerstan.*

NOUERINT presentes et futuri quod ego Hugo filius Henrici de Gerstan dedi et hac carta mea confirmaui Deo et beate Marie et abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe ꝑ salute anime mee et antecessorum et successorum meorum in liberam et ꝑpetuam elemosynam duas bouatas terre in Gerstan, quas predictus Henricus pater meus et ego tenuimus in feudo et hereditate. Tenendas et habendas libere, quiete, imꝑpetuum cum omnib; libertatib; et aisiamentis predicte ville de Gerstan ꝑtinentib;, absque omni seruicio et exactione seculari: saluis firma et forinseco seruicio predicte ꝑtinentib;. Ego vero et heredes mei predictam terram cum omnib; ꝑtinentijs suis predictis Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe contra omnes homines warantizabimus. Hijs testib;, Willmo Blundel, Ada de Molyneus, Henr. de Walton, Ricardo de Torbok, Ada de Aynolnesdale, Ric. de Waleys, Ric. de Thorneton, Henr. clerico de Gerstan, et alijs.

### XXXII. *Carta Ade de Gerstan de tribus bouatis terre in Gerstan.*

OMNIBUS Cristi fidelib; ad quos presens scriptum puenerit, Adam de Gerstan salutem. Noueritis quod ego diuine caritatis instinctu concessi et presenti carta mea confirmaui Deo et beate Marie et Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe tres bouatas terre in villa de Gerstan cum omnib; ꝑtinentijs et

libertatibȝ ad easdem ptinentibȝ, quas Ric. de Bickerstath illis vendidit secundum quod carta predicti Ricardi illis facta testatur. Propter hanc vero concessionem et confirmationem predicti Abbas et monachi dederunt mihi pre manibȝ dimidiam marcam argenti. Ego vero et heredes mei hanc concessionem et confirmationem contra omnes homines et feminas warantizabimus, atque ad maiorem securitatem presenti scripto sigillum meum apposui. Hijs testibȝ, dño Ada de Molyneus, dño Alano senescallo dñi comitis de Lincoln, dño Rogero tunc temporis vicecomite inter Rible et Merse, Ada de Aynolnesdale, Rogero de Hibernia, Hugone de Haselu, et multis alijs.

XXXIII. *Carta prioris hospitalis Cestrie de terra de Gerstan facta Willmo de Bacford.*

OMNIBUS sancte matris ecclesie filijs ad quos presens scriptum puenerit, ffrater Rogerus tunc prior hospitalis sancti Johannis* Cestrie extra portam aquilonalem et fratres ibidem Deo seruientes salutem in dño. Nouerit uniuersitas vestra nos communi consilio et consensu capituli nostri dedisse, concessisse, et hac presenti carta nostra confirmasse Willmo de Bacford filio psone Ade et heredibȝ suis terram nostram quam habemus de dono dñi Ade de Gerstan, p homagio et seruicio suo, scilicet, mesuagium Edrici filij Auel, et croftam eidem mesuagio ptinentem, et unam croftam in qua sunt quinq. saltus, qui tendunt usque ad pratum dñi, et medietatem unius piscarij, quod est inter piscarium Roberti filij

* The hospital of St. John the Baptist, without the North Gate, was founded by Randle, duke of Britany and earl of Chester and Richmond, in honour of God, the Virgin, and St. John the Baptist, "for the sustentation of poore and sillie persons, and granted in pure and perpetual almes," and was confirmed by Henry III. And Edward I., when earl of Chester, gave the keeping of the said hospital to the prior of Birkenhead. In the list of priors extracted from Stowe's MSS., Roger de Beirstan occurs temp. 40 Henry III.

Thurstani et piscarium Thurbe. Tenendam et habendam de predicta domo et priore et fratribȝ, libere et quiete, et honorifice, cum communi pastura et aisiamentis omnibȝ eidem ville ꝑtinentibȝ. Reddendo inde annuatim predicte domui et fratribȝ xij. denarios argenti ad festum sancti Martini in hyeme ꝑ omni seruicio et exactione quacunque. Et quia volumus ut ista donatio nostra et concessio rata et inconcussa ꝑmaneat, eam sigilli nostri appositione roboraui, et istam predictam terram predicto Willmo et heredibȝ suis contra omnes homines et feminas warantizabimus. Hijs testibȝ, Ada de Gerstan, Ada de Aynolnesdale, Alano de Mosse, Ricardo de Lyuerpul, Henrico de Thorneton, Ricardo de Bickerstath, Ada clerico de Bacford, et multis alijs.

XXXIV. *Carta Willmi filij Ade persone de Bacford de terra de Gerstan que vocatur Alton.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Willmus filius Ade ꝑsone de Bacford dimisi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe totam terram quam tenui de Ada dño de Gerstan in cultura, que vocatur Alton, sine aliquo retenemento cum omnibȝ libertatibȝ, communibȝ, et aisiamentis ville de Gerstan ꝑtinentibȝ ꝑ quatuor sagittis barbatis et pennatis, soluendis Ade de Gerstan ꝑ omni seruicio et exactione quacunque, sicut carta dñi Ade de Gerstan mihi facta testatur. Dimisi etiam dicto Abbati et conuentui totam terram quam tenui de Hospitali sancti Johannis Cestrie extra portam aquilonalem in villa de Gerstan, et mesuagium Edrici filij Auel, et croftam eidem mesuagio ꝑtinentem, et unam croftam in qua sunt septem saltus, qui tendunt usque ad pratum dñi de Gerstan, et medietatem unius piscarij quod est inter piscarium Roberti filij Thurstani et piscarium Thurbe, cum communi pastura et libertatibȝ, et aisiamentis omnibȝ predicte ville de Gerstan ꝑtinentibȝ ꝑut in carta Prioris et

fratrum sancti Johannis mihi facta continetur, p xij. denarijs predicte domui et fratrib3 sancti Johannis annuatim soluendis de Abbate de Stanlawe ad festum sancti Martini in hyeme p omni seruicio et exactione. Pro hac autem dimissione et concessione a me et heredib3 meis dictis Abbati et conuentui imppetuum facta dedit mihi idem Abbas pre manib3 vij. marcas argenti. Et ego Willmus et heredes mei terras prenominatas cum omnib3 libertatib3 et aisiamentis communib3 dictis terris adiacentib3 prefatis Abbati et conuentui de Stanlawe fideliter warantizabimus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hijs testib3, Ada dño de Gerstan, dño Willmo psona de Walton, Henrico de Walton, Roberto de Molyneus, Ada de Aynolnesdale, Rogero de Hibernia, Ricardo Blundel, Roberto fratre suo, Henrico de Thorneton, et multis alijs.

aquam que vocatur Twofoldhe, et sic ascendendo mortuam aquam usq. in australi parte le Buth, et sic ex transuerso le Clif, versus occidentem usq. ad prenominatam altam ripam. Tenend. et habend. sibi et suis de me et heredibȝ meis impꝑetuum in excambium ꝑ tota terra que iacet inter croftum meum et fossatum castelli* cum prato in orientali parte dicte terre ꝑtinente. Saluo libero introitu et exitu in locum castelli, et salua quadam semita, sicut antea fuit ibidem, et ꝑ quinq. ꝑticatis terre in territorio de Castelton in aquilonali parte le Smythecumbesrode, et ꝑ uno assarto quod vocatur Sethe. Salua quadam parte terre ibidem ꝑtinente duabȝ bouatis terre quas Willmus filius Margarete tenuit, et ꝑ quodam alio assarto quod vocatur Thistilirod iuxta aquam de Rach. cum ꝑtinentijs suis, scilicet, sicut equa terra extendit versus le Clif inter dictum Thistilirode et aliud assartum quod vocatur Akenrode,† et sic sequendo equalitatem terre versus austrum usq. ad mortuam aquam de Rach., et sequendo mortuam aquam versus aquilonem usq. ad viuam aquam de Rach., et sic ascendendo Rach. usque in orientali parte le Crokedlond, et sic ex transuerso versus occidentem usq. le Clif. Saluis ibidem undiq. circa prenominatas terras Andree, boscis et brueris in communi omnibȝ hominibȝ ville de Castelton, et ablatis vesturis dicte terre. Saluo libero introitu et exitu dictis hominibȝ et animalibȝ eorum in longitudine et latitudine sicut antea consueuerunt. Et ego dictus Andr. et heredes mei prenominatam terram prefato Abbati et conuentui sicut supradictum est in excambium contra omnes homines et feminas impꝑpetuum warantizabimus. Et ut hoc excambium ratum et inconcussum ꝑmaneat presenti scripto sigillum meum apposui. Hijs testibȝ, dño Willmo vicario de Rach., Galf. de Bukeley, Roberto fratre eius, Willmo de Haworth,‡ Willmo de Wordeword, Ric. de Butterword, Willmo de Berdeshull, Rogero de Berdeshull, et alijs.

---

* See note, p. 599. † Okenrod. ‡ See note, p. 601.

XXVIII. *Carta Johannis filij Reginaldi le Gynour de terra de Castleton que vocatur magnum Bromyrode.*

SCIANT omnes tam presentes quam futuri quod ego Johannes filius Reginaldi le Gynour dedi et concessi et imppetuum quietuclamaui et hac presenti carta mea confirmaui dño Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe totam terram meam in territorio de Castelton que vocatur magnum Bromyrode, cum ptinentijs suis, quam quidem terram tenui in excambium p quadam bouata terre in eadem villa, quam vero bouatam terre ego et predecessores mei ante tenuimus. Tenend. et habend. de me et heredib3 meis dictis dño Abbati et conuentui libere et quiete bene et in pace imppetuum cum omnib3 libertatib3 aisiamentis et communib3 ad illam terram in omni loco ptinentib3. Ita, scilicet, quod nec ego nec aliquis heredum meorum nec aliquis p me vel heredib3 meis in dicta terra que dicitur magnum Bromyrode, nec in dicta bouata terre cum ptinentijs suis p ea excambiata, put pretaxatum est, exigere vel clamare aut vendicare ullo modo de cetero poterimus. Reddendo inde annuatim capitali dño terre huius decem et viij. denarios p omni seruicio et demanda. Saluo forinseco seruicio. Pro hac autem donatione et quietaclamatione dederunt mihi dictus dñus Abbas et conuentus xxx. solidos argenti pre manib3. Ego vero et heredes mei predictam donationem meam et quietaclamationem predictis dño Abbati et conuentui contra omnes homines et feminas firmiter warantizabimus. Et ut hec mea donatio et quietaclamatio robur firmitatis optineat huic scripto sigillum meum apposui. Hijs testib3, dño Galfrido de Chetham* tunc vic. Lanc., dño J. de Lascy, dño Galfr. de Bukkel, Mich. de Clegg, Rog. de Berdeshull, Henr. de Haword, W. serviente de Mulnehouses, et alijs.

---

* See infra p. 614, note.

XXIX. *Quietaclamatio Helie filij Awardi Broune de una bouata terre in Castelton.*

SCIANT tam presentes quam futuri quod ego Helias filius Awardi Broune quietuclamaui omne ius meum et heredum meorum unius bouate terre quam tenui in Castelton cum omnibȝ ꝑtinentijs suis Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanl. ꝑ octo solidis argenti et octo denarijs. Reddendo inde annuatim pro omni seruicio ad festum sancti Martini xij. denarios. Et ut hec mea quietaclamatio firma ꝑmaneat sigilli mei appositione illam corroboraui. Hijs testibȝ, Mich. clerico tunc balliuo, Galfr. de Bukkel, Galfr. de Berdeshull, Petro de Heleye, et multis alijs.

XXX. *Carta Thome de Brendewod de terra in Castelton.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Thomas de Brendewod dedi et concessi et hac presenti carta mea quietuclamaui totum ius meum et clameum quod habui vel aliquo modo habere potui in una bouata terre cum omnibȝ ꝑtinentijs suis in villa de Castelton Abbati et conuentui de Stanl., illam, scilicet, bouatam quam quondam tenui de dictis Abbate et monachis. Ita quod ego predictus Thomas et heredes mei nullum ius vel clameum in prenominata bouata terre cum omnibȝ ꝑtinentijs suis de cetero exigere vel vendicare poterimus. Et ut hec quietaclamatio stabilis et inconcussa ꝑmaneat, presenti scripto sigillum meum apposui. Hijs testibȝ, dño Willmo vicario de Rachedale, Andr. clerico de Castelton, Rogero de Berdeshull, Ricardo de Butterword, Roberto fratre eius, Mich. clerico de Clegg, Mich. de Lighthólres, Waltero de Clegg, Henr. de Spotlond, et alijs.

XXXI. *Carta Henrici de Butterword* de una bouata terre que vocatur Flaxpughill.*

SCIANT omnes presentes et futuri quod ego Henr. de Butterword, assensu et voluntate Thome filij mei primogeniti et heredis mei, dedi concessi et omnino quietuclamaui et hac presenti carta mea confirmaui Deo et beate Marie et Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe ꝑ salute anime mee unam ꝑticatam terre que vocatur Flaxpughill super ripam aque de Bele inter Butterword et Gartesid, unde contentio fuit inter me et predictum Abbatem et conuentum ꝑ sex solidis argenti, quos mihi dederunt pre manibꝫ. Habend. et tenend. dictis Abbati et conuentui libere et quiete cum ꝑtinentijs tante terre in villa de Butterworth sine contradictione vel calumpnia mei vel heredum meorum. Et ego dictus Henricus dictam terram, sicut predictum est, dictis Abbati et conuentui contra omnes homines et feminas warantizabimus imppetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hijs testibꝫ, Rogero de Midelton, Willmo de Radeclyue, Willmo de Hoppewod, et alijs.

XXXII. *Quietaclamatio Hawisie relicte Henrici le Gynour de terra in Castelton quam emimus ab eodem.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Hawysia quondam uxor Henrici le Gynour in ꝑpria viduitate mea dimisi et quietuclamaui dño Abbati de Stanlawe et eiusdem Loci

* Henry de Boterworth stands the first witness of Henry de Merlond's grant of Le Brenderth to John de Heley on the marriage of his daughter Amicia with Andrew de Heley, son of John, on the Feast of St. Peter ad cathedram, 29th June, 1273, and again to an agreement on the Feast of Passover, 1311. "Flaxpughill" is a name now unknown.

conuentui totum ius quod habui in nomine dotis in tota terra quam dicti Abbas et conuentus de dicto Henrico quondam viro meo et patre eius in villa de Castelton emerunt. Ita quod nec ego nec aliquis iure meo aliquid inde exigere vel vendicare poterimus. In cuius rei testimonium sigillum apposui. Hijs testibȝ, Henr. de Haword, Willmo de Berdeshull, Nich. de Berdeshull, Ric. de Castelton, et alijs.

XXXIII. *Carta Helie filij Awardi Broune de una bouata terre in Castelton facta nobis.*

SCIANT tam presentes quam futuri quod ego Helias filius Awardi Broune dedi et concessi et hac mea presenti carta confirmaui Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe unam bouatam terre in Castelton cum omnibȝ ꝑtinentijs suis, illam, scilicet, quam tenui iure hereditario in sergentarij seruicio.* Tenend. et habend. de me et heredibȝ meis hereditarie pro octo solidis et octo denarijs. Reddendo inde mihi et heredibȝ meis annuatim ꝑ omni seruicio predicte terre ꝑtinente xij. denarios ad festum sancti Martini. Et ut hec donatio firma permaneat sigilli mei appositione illam corroboraui. Hijs testibȝ, Mich. clerico tunc balliuo, Galfr. de Bukkel, Galfr. de Berdeshull, Willmo le Wilde, Alano de Merland, Andr. filio Bafe, et multis alijs.

---

* In the post mortem inquisition of the Earl of Lincoln, taken at Clithero 26th February, 1310, occurs the following—"Johes de Baschagh (Bashall) per serjantia de fœdo de Rachdale $\text{xxvi}^{s}$ $\text{viii}^{d}$ per ann.

Whether this was a service due to the king, to furnish him with some article for the wars, or a trivial rent due from a tenant to a lord, does not appear; but it was most probably the latter, though the general acceptation of the term denoted a service due to the king.

XXXIV. *Resignatio Roberti de Lyuersegge de septem solidis et quatuor denarijs.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Robertus fil. Roberti de Lyuersegge dedi concessi et omnino de me et heredibȝ meis quietuclamaui Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe et eorum successoribȝ septem solidos et quatuor denarios annue firme, videlicet, totum seruicium quod predicti Abbas et conuentus antecessoribȝ meis et postea mihi facere consueuerunt ꝑ omnibȝ tenementis que tenent in feodo meo in Rached. usq. ad annum incarnationis dñi m° cc° lxxx. quintum, et etiam totum ius meum et clameum quod habui vel aliquo modo habere potui in predictis tenementis ꝑ quibȝ predictum seruicium vij. solidorum et iiij^or^ denariorum soluerunt. Habend. sibi et successoribȝ suis in ꝑpetuam elemosynam libere et quiete ab omni seruicio exactione et demanda mihi et heredibȝ meis ꝑtinentibȝ. Ita quod nec ego nec heredes mei, nec aliquis nomine nostro, aut iure nostro aliquid de predictis tenementis erga predictos Abbatem et conuentum exigere vel vendicare poterimus imppetuum. Ego vero et heredes mei predictos septem solidos et quatuor denarios, sicut predictum est, predictis Abbati et conuentui et eorum successoribȝ fideliter warantizabimus acquietabimus et defendemus. Istam donationem et quietaclamationem feci eis pro salute anime mee, antecessorum et successorum meorum. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli mei impressione roboraui. Hijs testibȝ, dño J. de Burun,* Henr. de Kygheley, Henr. de Clayton,

---

* The name of Byron is variously written in ancient deeds, Buryn, Byryn, Burun, &c. This family had great possessions in France and also in England at the Norman invasion, and appears in Lancashire as early as the reign of Henry II. They obtained Clayton, their chief residence, about the reign of John, and Butterworth about the same time, having another seat at Royton near Oldham, where Richard de Byron held one carucate and a half by service of vi^s^ per annum,

Hugone de Elond, W. de Salebury, Ada de Balschagh, Willmo de Haword, Willmo de Liuesay, et multis alijs.

XXXV. *Quietaclamatio Henrici fil. Johannis le Gynour de terra in Castelton, quod vocatur magnum Bromyrode.*

OMNIBUS Cristi fidelibȝ has literas visuris vel audituris, Henr. filius Johannis le Gynour de Castelton salutem in dño. Nouerit uniuersitas vestra me concessisse et quietuclamasse ꝑ me et heredibȝ meis imꝑpetuum, et hac presenti carta mea confirmasse dño Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe totam donationem et concessionem et quietaclamationem dicti Johannis patris mei, quam illis fecit ꝑ cartam suam de terra sua in territorio de Castelton que vocatur magnum Bromyrode, quam prius cepit in excambium ꝑ quadam bouata terre sue in eadem villa de dictis dño Abbate et conuentu. Ratum et gratum habens quicquid ipse pater meus ipsis concessit, ꝑut carta sua de eadem terra confecta ꝑportat. Ita, scilicet, quod nec ego nec heredes mei nec aliquis pro me et heredibȝ meis aliquid iuris vel clamei in predicta terra cum ꝑtinentijs suis de cetero imꝑpetuum exigere vel clamare vel vendicare poterimus. Et ad maiorem securitatem habendam hoc scriptum sigillo meo duximus muniendum. Hijs testibȝ, dño Galfr. de Chetham* tunc vicecom. Lancastrie, dño Willmo vicario de Rached. dño Johanne de Lascy, dño Galfrido de Bukkel, Mich. de Clegg, Rogero de Berdeshull, Henr. de Haword, et alijs.

---

in 1311, and "the manors of Clayton, Butterworth, and Ryton in the county of Lancaster," are enumerated amongst the possessions of Sir Richard de Byron, chevalier, in his post mortem inquisition, 21 Richard II., 1398.

* Geoffrey de Chetham was sheriff from 1256 to 1261.

XXXVI. *Indentura inter nos et Johannem filium Reginaldi le Gynour de terra in Castelton,*

HEC est conuentio facta inter Abbatem et conuentum Loci Benedicti de Stanlawe ex una parte et Johannem filium Reginaldi le Gynour ex altera, scilicet, quod dictus Abbas et conuentus dimiserunt dicto Johanni quandam partem terre in territorio de Castelton, que vocatur magnum Bromyrode cum ꝑtinentijs suis in excambium ꝑ una bouata terre cum omnibꝫ ꝑtinentijs suis infra diuisas de Castelton, illam, scilicet, bouatam quam dictus Johannes quondam tenuit de prefato Abbate et conuentu. Dictus vero Johannes et heredes sui tenebunt prenominatam terram, que vocatur Bromyrode, sicut supradictum est, in excambium de dicto Abbate et conuentu imꝑpetuum eodem modo et eadem forma et ad eandem firmam, scilicet, duos solidos per annum ad festum sancti Martini, sicut ille Johannes et antecessores sui prenominatam bouatam terre de dicto Abbate et conuentu tenuerunt. Et ut hec conuentio stabilis permaneat alter alterius scripto sigillum suum apposuit. Hijs testibꝫ, dño Willmo* vicario de Rached., Galfrido de Bukkel, Roberto de Bukkel. Thoma de Bamford, Andrea clerico de Castelton, Willmo de Berdeshull, Willmo de Haword, Willmo de Wordelword, Ricardo de Butterword, Rogero de Berdeshull, et alijs.

XXXVII. *Carta Ade filij W. de Heleya facta Roberto de Anlasargh de una bouata et dimidia in Heleya.*

SCIANT omnes presentes et futuri quod ego Adam filius Willmi de Heleye dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Roberto de Anlasargh clerico pro homagio suo

---

* See ante, p. 145.

et seruicio et ꝑ octo marcis argenti et dimidia quas mihi dedit pre manibȝ unam bouatam terre et medietatem unius bouate terre cum omnibȝ ꝑtinentijs et libertatibȝ in Heleye, illas, scilicet, quas de dño Abbate de Stanlawe tenui, et homagium et seruicium, scil. xij. denarios argenti de Henr. fratre meo et heredibȝ suis, quos mihi reddidit ꝑ medietate bouate terre quam de me tenuit in eadem villa, et homagium et seruicium iiij. denariorum de Nich. de Denton et heredibȝ suis quos mihi soluere consueuit ꝑ uno assarto quod vocatur Dewyhurst. Habend. et tenend. sibi et heredibȝ suis de me et heredibȝ meis in feodo et hereditate libere et quiete, integre, pacifice, et honorifice, in bosco, in plano, in pratis, in pasturis, in aquis, et in omnibȝ locis et libertatibȝ dicte ville de Heleye ꝑtinentibȝ. Redd. inde annuatim ipse et heredes sui vel sui assignati dicto dño Abbati et conuentui et successoribȝ suis iiij$^{or}$ solidos argenti ad festum sancti Martini in hyeme, et mihi et heredibȝ meis unam radicem gingiberi ad eundem terminum ꝑ omnibȝ seruicijs consuetudinibȝ et demandis. Saluo forinseco seruicio. Et ego vero dictus Adam et heredes mei dictas terras cum omnibȝ ꝑtinentijs et libertatibȝ, et dicta homagia et seruicia dictorum Henrici et Nicholai et heredum suorum, et omnia que ad dicta homagia et seruicia ꝑtinere poterunt, dicto Roberto et heredibȝ suis vel suis assignatis contra omnes homines et feminas warantizabimus et defendemus. Et ut hec donatio mea sit rata et stabilis huic scripto sigillum meum apposui. Hijs testibȝ, Alex. de Werdul, Micho de Werdul, Henr. de Haword, Rogero de Butterword, Willmo de Salebury, Willmo de Bolton, et multis alijs.

XXXVIII. *Quietaclamatio Ricardi filij Roberti de Anlasargh de terris, redditibus, et homagijs supradictis.*

OMNIBUS hoc scriptum visuris vel audituris, Ricardus filius Roberti de Anlasargh salutem in dño. Nouerit uniuersitas vestra me concessisse dimisisse et omnino a me et heredibꝫ meis imppetuum quietuclamasse dño Abbati de Stanlawe et conuentui eiusdem Loci totam terram meam in Heleye sine omni retenemento cum omnibꝫ suis ptinentijs et libertatibꝫ, et homagium et seruicium Henrici filij Willmi de Heleye et heredum suorum, scilicet, xij. denarios annuatim soluendos, et homagium et seruicium heredis Nicholai de Denton et heredum suorum, scilicet iiij. denarios similiter soluendos ꝑ annum, ꝓ quadam summa pecunie quam dictus dñus Abbas et conuentus mihi pre manibꝫ dederunt. Ita, scilicet, quod nec ego dictus Ric. nec heredes mei nec aliquis alius iure nostro aliquod ius vel clameum in dicta terra cum ptinentijs, nec in dictis homagijs et seruicijs, nec in aliquibꝫ alijs ad eadem homagia et seruicia ptinentibꝫ versus dictum dñum Abbatem et conuentum vel suos successores vel suos assignatos de cetero exigere vel vendicare poterimus. In cuius rei testimonium huic scripto sigilli mei impressionem apposui. Hijs testibꝫ, Henr. de Haword,* Willmo filio suo, Willmo de Salebury, Nich. de Berdeshull, Nich. de Werdul, Ada clerico, et multis alijs.

---

* Henry, son of William de Haword, was aged 18 in the 19th Edward I., and 42 in the 17th Edward II., and had issue three sons and one daughter. The eldest son, William, was aged 18 in 12 Edward II., and died in 1346, aged 45.—*Haworth Evid. Lanc. MSS.* vol. i.

XXXIX. *Carta Willielmi de Milnehouses de homagio, seruicio, et redditu, scilicet, duorum denariorum et quatuor sagittarum, Willielmi de Garteside.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Willmus de Milnehouses, dictus seruiens, dedi concessi et a me et heredibȝ meis imꝑpetuum quietuclamaui dño Abbati et conuentui eiusdem Loci homagium et seruicium Willmi filij Eduse de Garteside* et heredum suorum et redditum eorum mihi ꝑtinentem, scilicet, duos denarios argenti et quatuor sagittas ferri barbatas ad festum sancti Martini in hyeme annuatim soluend. Nichil inde sumendo nisi preces et orationes. Ita, scilicet, quod nec ego dictus Willmus nec heredes mei, nec aliquis alius iure nostro aliquod ius vel clameum in homagio seruicio et redditu prenominatis versus dictum dñum Abbatem et conuentum de cetero exigere vel vendicare poterimus. In huius rei testimonium huic scripto sigilli mei impressionem apposui. Hijs testibȝ, Alex. de Werdul, Henr. de Haword, Nich. de Werdul, Willmo de Saleburi, Nich. de Berdeshull, Thoma de eadem, et multis alijs.

XL. *Carta Alexandri de Okenrode de redditu* ix. *denariorum.*

OMNIBUS sancte matris ecclesie filijs hoc presens scriptum visuris vel audituris, Alex. del Okenrod salutem in dño. Nouerit uniuersitas vestra me, diuine caritatis intuitu, dedisse, et hac presenti carta mea confirmasse ꝑ salute anime mee et

* The pedigree of Gartside, of Gartside, Okenrod, and Rochdale, of small extent, was entered in the College of Arms at the last visitation of Lancashire in 1664, beginning with James Gartside, living, probably, soon after the year 1500. Arms, argent, on a bend sable, three mullets of the field, — now quartered by the Lord Dolamere, the representative, by descent, of this respectable family.

antecessorum et successorum meorum Deo et beate Marie Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe nouem denarios argenti firme annualis, quos Alex. de Brodhalgh mihi ad festum sancti Martini in hyeme annuatim reddere consueuit. Habend. et possidend. de me et heredibȝ meis libere quiete pacifice et integre cum homagio, wardis, et releuijs et omnibȝ alijs commoditatıbȝ ptinentibȝ in puram et ppetuam elemosynam. Nichil inde reddendo mihi vel heredibȝ meis preter elemosynas et orationes. Ego autem Alex. et heredes mei predictam donationem predictis Abbati et monachis de Stanlawe contra omnes homines et feminas imppetuum warantizabimus et defendemus. Tactis etiam sacrosanctis euangelijs iuraui quod non queram artem vel ingenium unde prenominati Abbas et monachi predictam donationem amittant. Et ut hec donatio firma sit et inconcussa sigilli mei appositione et testibȝ subnotatis eam confirmaui. Hijs testibȝ, dño J. vicario de Rachedale, Nich. de Wordul, Henr. de Haword, Rogero de Butterword, Willmo de Salebury, Nich. de Berdeshull, Willmo serviente de Milnehouses, et alijs.

XLI. *Carta Rogeri de Midelton de quietaclamatione de terra que dicitur Threpfeld.*

SCIANT omnes tam presentes quam futuri quod ego Rogerus de Midelton dimisi concessi et hac presenti carta mea quietuclamaui omne ius meum et clameum quod habui in terra que dicitur Threpfeld inter Merland et Thorniton, scilicet, de Ponteleysing usq. ad Archilleslach, et sicut Archilleslach ascendit versus orientem in mussa, et sicut versus occidentem descendit in Heden, et sicut riuulus de Heden descendendo vertitur in aquam de Rache unde contentio fuit inter me et Alanum de Merland, qui quondam tenuit terram de Merland, coram Justic. dñi Regis, et p amicos medietantes interim sopita. Omnem terram istam cum ptinentijs et aisiamentis que infra supra nominatas diuisas sunt vel fieri possunt

sine retenemento quietuclamaui de me et heredibȝ meis monachis de Stanlawe sicut terram illorum propriam ad Marland ꝑtinentem et de qua nullum clameum habeo vel habere potero, ab eisdem monachis imꝑpetuum libere et quiete et pacifice, habendam et possidendam. Ita quod nec ego nec heredes mei de predicta terra aliquid exigere, clamare, vel habere possimus. Hanc quietaclamationem feci domui de Stanlawe ꝑ salute anime mee et uxoris mee et omnium antecessorum et heredum meorum in puram et ꝑpetuam elemosynam. Et ut stabilis sit et firma ista quietaclamatio sigilli mei impressione et testibȝ sub nominatis illam corroboraui, Petro ꝑsona de Midelton, Ada de Bury, Hugone* filio Willmi de Radeclyue, Gilberto de Berneston, Reginaldo de Pulle, Yuone de Stanlawe, Thoma de Bamford, et multis alijs.

XLII. *Carta Alani filij Rogeri de Midelton de terra de Threpfeld.*

SCIANT omnes tam presentes quam futuri quod ego Alanus filius Rogeri de Midelton dimisi, concessi, et hac presenti carta mea quietuclamaui omne ius meum et clameum quod habui in terra que dicitur Threpfeld inter Merland et Thorneton, scilicet, de Ponteleysing usq. Archilleslach, et sicut Archilleslach ascendit versus orientem in mussa, et sicut versus occidentem descendit in Heden, et sicut riuulus de Heden descendendo vertitur in aquam de Rache, unde contentio fuit inter patrem meum et Alanum de Merland coram Justiciar. dñi Regis, et ꝑ amicos mediantes interim sopita. Omnem terre istius cum ꝑtinentijs suis et aisiamentis que infra supranominatas diuisas sunt vel fieri possunt

* This Hugh de Radeclyue was most probably that Hugh, the son of William de Radclyue of Radcliff tower, who married Margaret, widow of —— de Pennington, and to whom his father gave lands in Hartshead in the county of York. He was living 14 Henry III., and died ante 30 Henry III. Reginald de Poole, according to Ormerod, was living in the time of Simon, abbot of St. Werburgh, between 1265 and 1289.

clamationem et ius quietuclamaui de me et heredibꝫ meis monachis de Stanlawe, sicut terram illorum propriam ad Merland ꝑtinentem, et de qua nullum clameum habeo vel habere potero, ab eisdem monachis libere et quiete et pacifice possidendam et habendam. Ita quod nec ego nec heredes mei de predicta terra aliquid exigere, clamare, vel habere possimus. Hanc quietaclamationem feci domui de Stanlawe ꝑ salute anime mee et patris et matris mee et antecessorum et successorum meorum in puram et ꝑpetuam elemosynam. Et ut stabilis sit et firma ista quietaclamatio sigilli mei impressione et testibꝫ subnotatis illam corroboraui. Hijs testibꝫ, Rogero de Midelton, Rob. filio eiusdem Rogeri,* Petro ꝑsona de Midelton, Thoma clerico de Midelton, Mich. clerico de Rach., Thoma de Bamford, Rob. de Hewod, Waltero de Hewod, et alijs.

## XLIII. *Carta Willielmi filij Alexandri de Brodhalgh de terra in villa de Chadwyk.*†

OMNIBUS Cristi fidelibꝫ hoc scriptum visuris vel audituris, Willmus filius Alexandri de Brodhalgh salutem in dño sempiternam. Nouerit uniuersitas vestra me concessisse, dimisisse et omnino a me et heredibꝫ meis imꝑpetuum quietuclamasse dño Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe dño meo totum ius et clameum quod habui vel aliquo modo habere potui in villa de

* Robert, son of Roger de Midleton, gave all his lands in the town of Midleton to Roger de Midleton, "domino meo," 24 Edward I., and in 10 Edward III. Roger de Midleton and Agnes his wife levied a fine of two-thirds of the manor of Midleton and the advowson of the church, and settled the same on their six daughters, one of whom married Thomas Barton of Rydale, and had a son, William Barton, on whom his father settled the manor and advowson of Middleton on his marriage with Isabella, daughter of William de Radeclyffe, 44 Edward II.—*Assheton Evid.* vol. xiv. *Lanc. MSS.* p. 57.

† Broadhalgh is a hamlet adjoining Chadwick. The word *halgh* is a Lancashire Saxon guttural, probably from *how*, a hill.

Chadewyk, videlicet, in tota terra de le Brodhalgh cum omnibȝ suis ꝑtinentijs quam de ipso tenui in feodo, et etiam homagium Ricardi Wynt et heredum suorum, scilicet, seruicium eiusdem iij. denariorum annualis redditus in festum sancti Martini in hyeme recipiend. Ita quod nec ego predictus W. nec heredes mei, nec aliquis alius iure nostro seu nomine nostro aliquod ius vel clameum in dicta terra cum suis ꝑtinentijs seu in homagio et seruicio trium denariorum, sicut dictum est, versus dictum Abbatem et conuentum vel assignatos eorum de cetero exigere vel vendicare poterimus. In cuius rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hijs testibȝ, Willmo de Salebury, Nich. de Berdeshull, Ada de Liuesay, Willmo de Haword, Willmo de Liuesay, et alijs.

XLIV. *Carta Nickolai filij Rogeri de Berdeshull de una acra terre in Butterword.*

SCIANT omnes presentes et futuri quod ego Nich. filius Rogeri de Berdeshull dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et beate Marie et ecclesie sancti Cedde de Rach. et monachis de Stanlawe rectoribȝ eiusdem ecclesie in puram et ꝑpetuam elemosynam unam acram terre cum ꝑtinentijs in villa de Butterword super le Croftes iuxta domum Rogeri filij Ricardi de Butterword, illam, scilicet, acram quam Rogerus pater meus quondam emit de hospitalaribȝ Ierusalem, et de illis tenuit. Tenend. et habend. de me et heredibȝ meis libere et quiete, bene et pacifice imꝑpetuum. Redd. inde annuatim mihi et heredibȝ meis sex denarios argenti ad festum sancti Mathei apostoli ꝑ omni seruicio exactione et demanda, scil. firmam illam quam ego idem Nich. et heredes mei reddituri sumus hospitalaribȝ ꝑ dicta terra. Ego vero Nich. et heredes mei predictam acram terre, sicut predictum est, cum ꝑtinentijs contra predictos hospitalares et omnes alios homines et feminas imꝑpetuum warantizabimus manutenebimus et defendemus. Et ut hec mea

donatio et carte mee confirmatio stabilis sit et inconcussa presenti scripto sigillum meum apposui. Hijs testibȝ, dño Joh. de Elond, Alex. de Werdul, Henr. de Haword, Rogero de Butterword, Galfrido fratre eius, Willmo de Salebury, et alijs.

XLV. *Carta Michaelis filij Roberti prepositi facta Thome clerico de homagio et seruicio Alexandri fratris eius et de redditu sex solidorum et quatuor denariorum*, deficit.

XLVI. *Carta Roberti de Mitton facta Gilberto de Notton* de duabus bouatis terre in Wordelword, et de duabus bouatis terre in Heleye.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Rob. de Mitton dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Gilberto de Notton, ꝑpter homagium et seruicium suum et xx. solidos argenti quos mihi dedit in recognitione, duas bouatas terre cum omnibȝ ptinentijs suis in Wordelword, et duas bouatas terre cum omnibȝ ptinentijs suis in Heleye, illas, videlicet, iiij^or bouatas terre quas Hugo de Elond pater Ricardi de Elond dedit cum Wymark filia sua in libero maritagio Jurdano de Mitton auo meo. Habend. et tenend. sibi et heredibȝ suis de me et heredibȝ meis in feudo et hereditate libere et quiete cum omnibȝ ptinentijs suis et aisiamentis. Reddendo mihi et heredibȝ meis de se et suis heredibȝ iiij^or solidos argenti ad festum sancti Oswaldi ꝑ omni seruicio, de quibȝ teneor reddere annuatim duos solidos Hugoni de Elond et heredibȝ suis ad festum sancti Martini. Et sciendum est quod ego et heredes mei has predictas quatuor bouatas

* Gilbert de Barton settled lands in Barton, by deed s.d., to take effect from the feast of St. Martin in winter, 16 Edward II., on his son Robert, for the term of his life, paying two marks of silver annually to the said Gilbert during his life, and after his death, one rose on the feast of St. John the Baptist to his heirs.—*Lanc. MSS.* vol. xxiv. p. 2. This son is not named in the Barton pedigree, pp. 45–6.

terre cum suis ptinentijs Gilberto de Notton et heredibʒ suis contra omnes homines et feminas warantizabimus imppetuum. Et ut hec presens carta rata sit et stabilis imppetuum eam sigilli mei appositione roboraui. Hijs testibʒ, &c.

XLVII. *Carta Gilberti de Barton de terra sua in Rachedale.*

OMNIBUS Cristi fidelibʒ ad quos presens scriptum puenerit Gilbertus dñus de Barton salutem. Noueritis me dedisse et concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et beate Marie et ecclesie de Rachedale totam partem terre mee in occidentali parte Hasponwalsiche sicut diuise sunt statute inter me et Baldewyn le Thyas cum libero exitu inter terram dñi Willmi vicarij de Rachedale et fossatum de Cromton cum communi pastura et cum omnibʒ alijs communibʒ in villa de Cromton tante terre ptinentibʒ, in puram et ppetuam elemosynam, p animabʒ patris et matris et antecessorum et successorum meorum. Ita vero pure et quiete quod ego dictus Gilbertus nec heredes mei nullum ius vel clameum de cetero in dicta terra nullo modo, nisi preces et orationes, exigere poterimus. Et ego Gilbertus de Barton et heredes mei Deo et beate Marie et ecclesie de Rachedale hanc predictam terram contra omnes homines et feminas imppetuum warantizabimus. Et ut hec mea donatio rata sit et stabilis presenti scripto sigillum meum apposui. Hijs testibʒ, dño Willmo* vicario de Rachedale, Ada de Radeclyue, Andrea Cheuerel, Henr. de Wilde, Rogero de Berdeshull, Galfr. de Bukkel, Roberto fratre suo, et multis alijs.

---

* See ante, p. 145.

XLVIII. *Carta Ade de Salebury de quinque perticatis terre in Werdul, scilicet, Hallestudis.*

NOUERINT presentes et futuri quod ego Adam de Salebury dedi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et beate Marie et Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe ꝑ salute anime mee et antecessorum et successorum meorum in liberam et ꝑpetuam elemosynam quinq. ꝑticatas terre in villa de Werdel, scilicet, in Hallestudis. Tenend. et habend. libere et quiete imꝑpetuum cum omnibꝫ libertatibꝫ et aisiamentis tante terre ꝑtinentibꝫ. Saluis michi assartis meis et pratis meis ubi facere voluero et heiris et bikis. Ego vero et heredes mei predictam terram de Werdul cum omnibꝫ ꝑtinentijs suis predictis Abbati et conuentui contra omnes homines warantizabimus imꝑpetuum. Hijs testibꝫ, Galfrido de Dutton tunc senescallo, Galfrido de Bukkel, Yuone de Whitacres, Andrea de Whiteword, Nicholao de Clegg, Willmo de Haword, Hugone de Werdul, et alijs.

XLIX. *Carta Willmi filij Henrici de Haword de terra in Todmarden ad unum horreum edificandum.*

UNIUERSIS hoc scriptum visuris vel audituris, Willmus filius Henrici de Haword salutem in dño. Nouerit uniuersitas vestra me dedisse, concessisse, et hac presenti carta mea confirmasse Deo et beate Marie et Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe quandam portionem terre mee in Todmarden in loco congruo et competenti, videlicet, quatuor viginti pedes in longitudine et sexaginta in latitudine, ad edificand. quoddam horreum in quo recolligere et recondere possint decimas suas in vicino colligendas. Tenend. et habend. dictam terram dictis Abbati et conuentui et successoribꝫ suis de me et heredibꝫ meis libere et quiete

et pacifice cum omnibʒ libertatibʒ, p̱tinentijs, et aisiamentis dicte terre p̱tinentibʒ, et cum housebote et haybote ad dictum horreum edificandum, et includend., et reparandum cum necesse fuerit imp̱petuum, in puram et p̱petuam elemosynam. Nichil inde michi vel heredibʒ meis reddendo nisi preces et orationes. Et ego Willmus et heredes mei dictam terram cum suis p̱tinentijs, ut predictum est, dictis Abbati et conuentui et successoribʒ suis contra omnes homines imp̱petuum warantizabimus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Testibʒ, dñis Henr. de Lee, Johanne de Byron,* Galfrido de Bracebrugge, militibʒ, Rogero de Penulbury, Ricardo de Workedlegh, Rogero de Midelton, Roberto de Schoresworth, Willmo de Salebury, et alijs.

L. *Quietaclamatio Radulphi filij Hugonis de Mitton de quatuor bouatis terre in Heleye in Wordelword facta Gilberto de Notton.*

SCIANT omnes presentes et futuri quod ego Radulphus filius Hugonis de Mitton quietuclamaui de me et heredibʒ meis† imp̱petuum sine omni retenemento iiij. bouatas terre in Rach. cum omnibʒ p̱tinentijs et aisiamentis predictis iiij$^{or}$ bouatis p̱tinentibʒ, scilicet, duas bouatas in Wordelword et duas bouatas in Heleye, que fuerunt de libero maritagio Wymarke‡ matris mee, quas predictus Gilbertus tenet p̱ cartam suam de Roberto fratre meo. Ita quod ego et heredes mei ius petere vel placitum mouere de predictis iiij. bouatis terre versus predictum Gilbertum et heredes suos a modo non poterimus. Et sciendum est quod propter hanc prescriptam quietaclamationem predictus Gilbertus de Notton dedit mihi xx.

* Sir John de Byron died in 1309.

† Sic — Gilberto de Notton et heredibus suis, omitted.

‡ In the Eland pedigree, Wymark, daughter of Sir Hugh de Eland and his wife Joan, daughter and coheiress of Sir Richard de Tankersley, is stated to have married Jordan de Mitton. See deed xlvi., p. 623.

solidos argenti. Et ut hec quietaclamatio rata sit et stabilis de me et heredibȝ meis predicto Gilberto et heredibȝ suis imppetuum ego eam sigillo meo in signo testimonij roboraui. Hijs testibȝ, &c.

LI. *Carta Gilberti de Notton de quatuor bouatis terre in Heleye et in Wordelword facta nobis* (*non habetur sub sigillo.*)

SCIANT omnes tam presentes quam futuri quod ego Gilbertus de Notton dedi et hac presenti carta mea confirmaui Deo et beate Marie et Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe totam terram quam emi de Roberto de Mitton in Wordelword et in Heleye, scilicet, quatuor bouatas terre cum omnibȝ ptinentijs predictis quatuor bouatis terre adiacentibȝ sine ullo retenemento michi vel heredibȝ meis. Habend. et tenend. de me et heredibȝ meis libere, quiete, pacifice, et honorifice. Reddend. inde annuatim mihi et heredibȝ meis ad festum sancti Martini p omni seruicio et seculari exactione et demanda. Pro hac vero donatione et confirmatione dederunt mihi Abbas et monachi sex marcas argenti. Ego vero et heredes mei prenominatam terram de Wordelword et Heleye cum ptinentijs suis ab omni seruicio liberam et quietam predictis Abbati et monachis contra omnes homines defendemus et fideliter warantizabimus. Et ut hec mea donatio et confirmatio rata sit et stabilis presens scriptum sigilli mei munimine roboraui. Hijs testibȝ, &c.

LII. *Quietaclamatio Hugonis filij Hugonis de Mitton de iure suo in Wordelword et Heleye.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Hugo filius Hugonis de Mitton concessi et quietuclamaui de me et heredibȝ meis Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe totum ius et clameum quod habui vel habere potui in quatuor bouatis terre, sci-

licet, duabȝ in Wordelword, et duabȝ in Heleye, quas Auicia soror mea ex dono patris mei habuit et tenuit cum omnibȝ ꝑtinentijs suis ꝑ xx. solidis, quos predictus Abbas mihi dedit. Ita quod nec ego nec heredes mei de cetero placitum mouere, nec aliquod ius vel clameum versus predictum Abbatem de prefata terra exigere poterimus. In huius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hijs testibȝ, dño Ada senesc. tunc temporis dñi comitis Lincoln, Johanne de Lascy, Ada de Baldreston, Galfrido de Bukkel, Roberto de Midelton, Andrea de Whiteword, Hugone de Whiteword, Rob. de Spotland, Hugone filio Willmi venatoris, et alijs.

### LIII. *Carta Willielmi Jalle de uno denario.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Willmus Jalle dedi et concessi et quietuclamaui et hac presenti carta mea confirmaui Deo et beate Marie et Abbati et monachis Loci Benedicti de Stanlawe ꝑ salute anime mee et antecessorum et successorum meorum totum ius et clameum quod habui in uno denario quem Rogerus ffaber mihi et heredibȝ meis annuatim soluere tenebatur ad festum sancti Martini in hyeme. Tenend. et habend. de me et heredibȝ meis impꝑetuum in puram et ꝑpetuam elemosynam. Ita scilicet quod nec ego nec heredes mei a dicto Abbate et monachis ꝑ prenominato denario aliquid vendicare nec exigere in posterum nisi preces et orationes. In huius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hijs testibȝ, Galfrido de Bukkel, Mich. de Clegg, Henr. de Haword, Alex. de Werdul, Rogero de Butterword, Ada de Turnhagh, Ricardo de eadem, et alijs.

LIV. *Quietaclamatio Galfridi Decani de Whalleye de molendino de Sudden.*

SCIANT tam presentes quam futuri quod ego Galfr. decanus de Whalleye concessi et quietuclamaui Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanl. omne ius et clameum quod ego vel heredes mei habuimus vel habere poterimus in molendino eorum de Sudden ꝑ prima cessione quatuor bouatarum terre, quas tenui in Castelton. Et ut ista concessio et quietaclamatio rata et inconcussa ꝑmaneat sigilli mei appositione illam corroboraui. Hijs testibꝫ, Gilberto de Notton tunc senescallo, Johanne ffytton, Roberto de ffleynesburgh, Galfrido de Bukkel, Mich. clerico, Galfrido de Berdeshull, et multis alijs.

LV. *Quietaclamatio Ade de Berdeshull de terra in Castelton.*

OMNIBUS Cristi fidelibꝫ ad quorum notitiam hoc presens scriptum ꝑuenerit, Adam filius Ade de Berdeshull salutem in dño sempiternam. Noueritis me concessisse, remisisse, et omnino de me et heredibꝫ meis imꝑpetuum quietuclamasse dño meo capitali dño Abbati et conuentui Loci Benedicti de Whalleye et eorum successoribꝫ totum ius meum quod habui vel aliquo modo habere potui nomine descensus hereditatis post decessum dicti Ade patris mei in quibꝫdam mesuagijs in villa de Castelton que de se tenui in feodo. Ita, videlicet, quod nec ego predictus Adam nec heredes mei vel aliquis iure nostro vel nomine nostro aliquid iuris vel clamei in dictis mesuagijs de cetero exigere vel vendicare poterimus, sed per istud factum imꝑpetuum sumus exclusi. In huius rei testimonium huic scripto ꝑ me et heredibꝫ meis sigillum meum apposui. Hijs testibꝫ, Rogero de Berdeshul, Johanne de eadem, Roberto de Hayword, Ada de Belefeld, Ada de Hulton, Willmo de Liuesay, cum

multis alijs. Dat. apud ecclesiam de Rach. die dñica prox. post festum sancti Botulphi Abbatis, anno dñi m° ccc° undecimo.

LVI. *Quietaclamatio Cecilie relicte Andree de Wordelword de duabus bouatis terre in Castelton.*

OMNIBUS hoc scriptum visuris vel audituris, Cecilia relicta Andree de Wordelword salutem in dño. Noueritis me in pura viduitate et in plena potestate mea concessisse, remisisse, et omnino a me et heredibȝ meis imppetuum quietuclamasse Abbati et conuentui Loci Benedicti de Stanlawe totum ius meum quod habui vel unquam in aliquo modo habere potui in duabȝ bouatis terre cum omnimodis suis ptinentijs in villa de Castelton, quasquidem bouatas terre habere clamaui nomine descensus hereditatis, scilicet, post mortem Johannis filij Eugenie quondam fratris mei. Ita, videlicet, quod nec ego prenominata Cecilia, nec heredes mei, nec aliquis alius iure meo vel nomine meo, ꝑ me aliquod ius vel clameum in dictis duabȝ bouatis terre cum omnibȝ suis ꝑtinentijs versus dictos Abbatem et conuentum vel successores eorum in aliquibȝ de cetero exigere vel vendicare poterimus. In huius rei testimonium hoc scriptum sigilli mei impressione roboraui. Hijs testibȝ, Nich. de Berdeshull, Ada fratre eius, Willmo de Haword, Galfrido de Turnhagh, Ricardo filio eius, Willmo de Liuesay, et alijs. Dat. anno regni Regis Edwardi xx. secundo.

LVII. *Quietaclamatio Agnetis filie Henrici de Whitelegh de iure suo in Castleton.*

OMNIBUS Cristi fidelibȝ hoc scriptum visuris vel audituris, Agnes filia Henrici de Whitelegh salutem eternam in dño. Nouerit uniuersitas vestra me remisisse, relaxasse, et omnino ꝑ me et heredibȝ meis imꝑpetuum quietuclamasse Abbati et conuen-

tui de Whalleye totum ius meum, clameum, calumpniam, et actionem, que vel quas habui vel aliquo modo habere potero in villa de Castelton et in omnibȝ alijs terris et tenementis Abbatem et conuentum de Whalleye tangentibȝ, ac etiam in quodam annuali redditu, videlicet, unius vacce et unius petre lane, de quibȝ eosdem Abbatem et conuentum ꝑ breve dñi Regis quondam implicaui. Ita quod nec ego Agnes predicta, nec heredes mei, nec aliquis alius iure vel nomine nostro, ius, clameum, calumpniam, seu actionem, in premissis omnibȝ et singulis de cetero possimus exigere nec habere quoquo modo. Sed ab omni iure, calumpnia, et exactione, exclusi simus imppetuum per presentes. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibȝ est appensum. Hijs testibȝ, Roberto de Schireburn tunc senescallo de Blakeburnschir, Johanne de Blakeburn, Thoma de Osbaldeston, Ada del Clogh, Johanne del Holt, Rado del Poore, et alijs.

LVIII. *Quietaclamatio Willmi de Lightolres* de iure suo in grangia de Merland.*

OMNIBUS hoc scriptum visuris vel audituris, W. filius Rogeri de Lightolres salutem in dño sempiternam. Nouerit uniuersitas vestra me remisisse et omnino quietuclamasse

* William de Lihtolres, by deed sans date, grants to Roger, his son, the services of his tenants in Hundersfield, and also grants to Mathew del Kyrkeschagh a circuit of land in Longelghheye and Lihtolres and Miln in Honorsfeld, anno 9 Edward I., 1281. Matilda, relict of William de Lihtolres, in 1332, 6 Edward III., releases Lihtolres to Mathew de Kyrkeshagh, her son-in-law. Roger de Lihtolres, son of William, releases all his lands in Lihtolres to Adam, son of Mathew de Kyrkeshagh, 5 Edward III., 1331. And Margery, daughter of William de Lihtolres, releases all her claim to her lands in Honersfeld on the river Rache to Hervey, son of Mathew de Kyrkshagh, 14 Edward III., anno 1340. She married Mathew de Kyrkshagh, son of John, living 9 Edward I., 1281, and 13 Edward III., 1339, when he granted Longleyheye to Adam, his son. The co-heiresses of Kyrkshagh married, in the fifteenth century, Newall of Town House, and Chadwick of Healey Hall. Lightowlers was held in moieties, in 1575, between Chadwick and Halliwell of Pike

religiosis viris Abbati et conuentui Loci Benedicti de Whalleye totum ius et clameum si quod habeo, habui, vel habere potero in tota grangia de Merland vel aliqua sui parte, et in tota villa de Castelton et infra omnes diuisas suas. Ita quod nec ego dictus Willmus, nec heredes mei, nec aliquis alius iure vel nomine nostro in predictis grangia et villa vel in aliqua parte infra diuisas earum, nec in suis ꝑtinentijs ius vel clameum exigere vel vendicare poterimus in futurum. Immo ab omni actione et iure exclusi simus imꝑpetuum. In cuius rei testimonium sigillum meum huic quietaclamationi apposui. Hijs testibȝ, Rob. de Schireburn tunc senesc. de Blakeburnschir, dño Ricardo vicario de Rachedale, Rogero de Berdeshull, Thom. de Bamford, Ricardo filio Rogeri de Butterword, Henr. fratre eius, Ada Belefeld, et alijs. Dat. apud ecclesiam de Rachedale in oct. epiphanie anno dñi m° ccc° quarto.

LIX. *Carta Ricardi filij Randulphi le Heyward de terra et tenementis in Castelton.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Ric. fil. Rand. le Heyward de Castelton dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui dño Abbati et conuentui Loci Benedicti de Whalleye et successoribȝ suis omnes terras et tenementa mea in villa de Castelton cum omnibȝ et singulis ꝑtinentijs suis sine aliquo retenemento. Habend. et tenend. dictis Abbati et conuentui et successoribȝ suis de dño capitali feodi illius per seruicia inde debita et consueta, ita libere et ita integre sicut predicte terre et tenementa liberius teneri consueuerunt. Et ego vero predictus Ric. et heredes mei omnes predictas terras et tenementa cum omnibȝ et singulis ꝑficuis

---

House, in whose representatives this ancient estate is still vested.—*Lanc. MSS.*, vol. xiii. p. 159, *Pike House Evid.*. On the seal of William de Lihtolres is a lion rampant and his name circumscribed, appended to the deed of 1281.

suis dictis dño Abbati et conuentui et successorib; suis contra omnes gentes warantizabimus et imppetuum defendemus. In cuius rei testimonium huic presenti carte sigillum meum apposui. Hijs testib; dño T. ppetuo vicario de Rachedale, Henr. de Belefeld, Johanne de Berdeshull, Willmo del Slakk, Johanne de Castelton, Nicho del Slakk, et alijs. Dat. apud Castelton in festo sancti Michaelis in monte Tumba anno dñi m° ccc° tricesimo primo.

LX. *Quietaclamatio Ricardi filij Randulphi de Castelton et Johanne uxoris eius de terris in Castelton.*

PATEAT uniuersis p presentes quod nos Ricardus filius Ran. le Heyward et Johanna uxor mea remisimus, concessimus, et omnino a nobis et heredib; nostris imppetuum quietuclamauimus dño Abbati et conuentui de Whalleye totum ius nostrum et clameum quod habuimus vel aliquo modo habere poterimus in omnib; terris et tenementis in villa de Castelton quas et que terras et tenementa cum suis ptinentijs predicti Abbas et conuentus dimiserunt nobis ad totam vitam nostram. Ita, videlicet, quod nec nos predicti Ric. et Johanna, nec heredes nostri, nec aliquis alius iure nostro, seu nomine nostro, aliquod ius vel clameum in omnib; predictis terris et tenementis cum suis ptinentijs versus dictos Abbatem et conuentum de cetero exigere vel clamare poterimus. Sed p hoc factum ab omni actione et iure imppetuum simus exclusi. In cuius rei testimonium huic presenti scripto sigilla nostra apposuimus. Hijs testib;, Rogero de Berdeshull, Johanne de eadem, Willmo del Slakk, Johanne de Holden, Henr. del Slakk, et alijs. Dat. apud ecclesiam de Rachedale die translationis sancti Thome martyris anno dñi millésimo tricentesimo tricesimo tertio.

LXI. *Carta Roberti le Hayward facta Galfrido fratri suo de terra in Castelton.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Robertus filius Roberti le Hayward dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Galfrido fratri meo et heredibȝ suis vel suis assignatis totam terram meam in villa de Castelton, que vocatur Kilwardecroft, infra suas metas et diuisas cum domibȝ, mesuagijs, et curtilagijs, prato et communi pastura cum omnibȝ alijs libertatibȝ et aisiamentis, nominatis et non nominatis, inuentis et inueniendis, sub terra et super terram. Habendam et tenendam prefato Galfrido et heredibȝ suis vel assignatis de capitali dño feodi illius per seruicia inde debita et de iure consueta, libere, quiete, integre, pacifice, et hereditarie sine ullo retenemento. Et ego vero predictus Robertus et heredes mei totam predictam terram predicto Galfrido et heredibȝ suis vel assignatis, sicut predictum est in omnibȝ, contra omnes gentes warantizabimus imppetuum. In cuius rei testimonium huic presenti carte sigillum meum apposui. Hijs testibȝ, Henr. de Butterword, Henr. de Belefeld, Ada fratre eius, Ada de Turnhagh, Rogero de Berdeshull, Johanne de eadem, Johanne filio Johannis de Scolefeld, et alijs. Dat. apud Rachedale die mercurij ante festum sanctorum Symonis et Jude anno regni Regis Edwardi, filij Regis Edwardi, xv°.

LXII. *Carta Galfridi de Hayward de terra in Castelton, nobis facta.*

SCIANT presentes et futuri quod ego Galfridus filius Roberti le Hayward dedi concessi et hac presenti carta mea confirmaui Religiosis viris Abbati et conuentui Loci Benedicti de Whalleye totam terram meam in villa de Castelton cum

ptinentijs, que vocatur Kilwardecroft, simul cum omnibꝫ edificijs in eadem terra constructis. Habend. et tenend. eisdem Abbati et conuentui et successoribꝫ suis libere, quiete, integre, bene et in pace cum omnibꝫ suis ptinentijs, libertatibꝫ et commoditatibꝫ, pficuis, et aisiamentis predicte terre infra villam de Castelton et extra, super terram et sub terra, quoquo modo spectantibꝫ, sine aliquo retenemento de capitali dño feodi illius per seruicia inde debita et consueta imppetuum. Et ego dictus Galfridus et heredes mei predictam terram cum suis ptinentijs, ut predictum est, prefatis Abbati et conuentui et successoribꝫ suis contra omnes homines et feminas warantizabimus imppetuum. In cuius rei testimonium huic presenti carte sigillum meum apposui. Hijs testibꝫ, Roberto de Radeclyue tunc vicecomite Lancastrie, Johanne de Scolefeld, Rogero de Berdeshull, Rob. le Hayward, Nicho del Slakk clerico, et alijs. Dat. apud Merlond die dñica prox. post festum natiuitatis beate Marie anno dñi m° ccc° xl° et anno regni Regis Edwardi tertij post conquestum xiiij.

### LXIII. *Quietaclamatio Henrici* filij Roberti le Heyward de eisdem terris.*

OMNIBUS hoc scriptum visuris vel audituris, Henricus filius Roberti le Hayward salutem in dño. Noueritis me concessisse remisisse, relaxasse, et omnino de me et heredibꝫ meis imppetuum quietuclamasse religiosis viris Abbati et conuentui Loci Benedicti de Whalley et successoribꝫ suis totum ius et clameum quod habeo habui vel in futurum quoquo modo habere potero in tota illa terra que vocatur Kilwardescroft cum ptinentijs in villa de

* Thomas, son of Henry le Hayward, had a daughter, Margaret, who married John de Kyrkeshagh of Town Houses in Hundersfeld, on which marriage, in 1390, Geoffrey del Kyrkeshagh, his father, settled his lands in Honersfeld, Butterworth, and Castleton. Vide *Pedigree of Chadwick and Kyrshaw, Reg. Norfolk,* I. 26, p. 26, *and Ped. of Newall, Norfolk* VIII. 148, *in Coll. Arm.*

Castelton, quam quidem terram cum ptinentijs dicti Abbas et conuentus habuerunt ex dono et concessione Galfridi le Heyward fratris mei (*&c. ut in prox. carta usq. ad In cuius &c.*) Hijs testibȝ, Johanne de Scolefeld, Rogero de Berdeshull, Roberto le Hayward, Nicho del Slakk, et alijs. Dat. apud Rachedale in crastino sancti Mathei apostoli anno regni Regis Edwardi tertij post conquestum quarto decimo.

---

EXPLICIT TITULUS DECIMUS TERTIUS DE MERLOND ET CASTELTON.

16525-S

[redacted]

[redacted]

[redacted]

[redacted]

Stanford University Libraries
3 6105 005 551 721

942.006
C52
v.11

STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES
CECIL H. GREEN LIBRARY
STANFORD, CALIFORNIA 94305-6004
(415) 723-1493

All books may be recalled after 7 days

DATE DUE

SEP 1 7 1996
AUG 2 1996